X. 4

IS. CHEIRONI

AD PORSANI ABIESVITÆ

Admonitiones,

CATHOLICA RESPONSIO.

Seu, De præcipuis controuerſiis inter Orthodoxos & Pontificios, Collatio breuis & perſpicua.



GENEVÆ,
Excudebat Petrus de la Rouiere,
M. D C.

GVL. RANCHINO, VIRO CLARISSIMO, IN SCHOLA MONSPELIENSI ANTECESSORI MERITISSIMO, & in ſuprema Subſidiorum curia Fiſci Aduocato facundiſſimo

ISAACVS CHEIRONVS.

OZA, clariſſime vir, auſus eſt contingere Dei ſacram arcam, & ruentẽ ſuſtinere: Deus non ſuſtinuit manum, Ozan tetigit, & morte peremit: minare quia Plauſtrum Ozæ datum erat, non arcam ruinam minantem ſuſtentare, Le-uitis ſolis fas erat contingere ſacrum:

Nunc ſumus omnes ἅγιον ἱεράτευμα & in eadem naui conſtituti debemus ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ Ieſuiticæ, pene dixi Gieſiticæ doctrinæ, ſiue Nautæ, ſiue vectores erimus. In parte autem reſtitiſſe & iuuaſſe me, & hanc opellam meam non inanem fore putabo, tibi ſi placuiſſe ſciã: Tibi enim placere, eſt omnis literaturæ viro & Muſis placere. Tibi igitur, Eruditiſſime Ranchine, hoc quidquid eſt opuſculi, quidquid opellæ, lubẽs, merito, dono, dedico, & muſis, quia tibi, donaſſe dedicaſſe glorior: cauſa donationis & dedicationis huius, in lubentia mea & merito tuo poſita eſt: & vtinam tanto cum merito ſcriptio mea mereretur lubentiam & lætitiam animi tui in hoc præſentis horæ dono accipiendo, quanto cum merito meritum tuum meretur lubentiam & lætitiam animi mei in offerendo: Sed quod meriti tui pondus prægrauat, hoc lubentia & animus erga te

meus

meus ſubleuat, affectum igitur meum reſpecta, nõ meritum tuum, ſic etenim lubenter & ex animo accipies, quod lubenter & ex animo dono, Dedico. Vale.

Etruſcus Romam quondam Porſenna recentem
Cinxerat: hinc clarum Scæuola nomen habet:
Nunc Romam Gallus fulcit Porſenna ruentem:
Inde tibi, Cheron, nobile nomen erit.

Ant. Fayus.

IN LVCVBRATIONEM ISAACI CHEIRONI I C. Porſanum Abieſuitani ſolidiſſimè refellentis.

Ecquid id eſt? Capita exilio damnata receptes
En iterum in proprios Gallia tota ſinus?
Secta Quirinali ſeruire aſſueta tyranno
Inuideat crudæ iam tibi pacis opes?
Siccine apud Gallos vileſcunt Gallica ſcita,
O pudor, & pereunt more fluentis aquæ?
Inuictas qui Regum acies ſuperaſtis, & vrbes,
Vos etiam laruis cedere, vos monachis?
Error is eſt: Quis enim oblitos putet antè malorum,
Iam furere aut vltrò quis putet? Error is eſt:
Pectoráque & ſenſus vaniſſima ludit imago,
Ah miſerum ſicui ſic quoque dulce capi.
Error is eſt. Nam qui ſedes mutaſſe putati,
Et vario incertas ire ſub axe vias,
Non ſedes, nomen ſed mutauêre ſuperbum,
Mutauêre ſophæ ſyrmata dupla togæ.
Expulerint alÿ veſtes & nomina: at ipſas
ISAACE res, ipſos pellere perge reos.

A C. LECTIVS.

Lectori S.

SPiritũ & Inceſſum turbonis iſtius, lector, turbellæ & intẽperiæ quẽ excitant, qui turbellas & intẽperias excitat, reprimere tulit animus: ſed quæres cur habitu Romano & romanis armis inceſsã eum qui habitu & armis gallicis incedit? quia, qui Romanis armis μονομαχεῖν & ſecũ cõmitti auderet neminẽ eſſe iactabat in vulgus: ſunt etenim, quorũ, modo venditent ſe.

Quanti ſua funera vendant
Nil refert:

In quibus Porſanus: Præterea quęres, lector, cur, quacumque, quocumque, incedit, non inſequar? Non volui, valuiſſe autẽ me quis nõ credat? Sæpe lineas quæſtionis tranſilit, ego intra me contineo: in quam Patres deſcenderunt ſæpe

ſpatiatur arena , in illa ſe iactat & ſuis armis aera diuerberat: In arena Apoſtolorum ne veſtigium quidem ponit, aut ſi quãdo ponat, labaſcit ſtatim, imò labitur & iacet

velut alnus
In foſſa liguri iacet ſuppernata ſecuri.

Inceſſum vidiſti, vide ſpiritũ, Hic turbo tantum ſibi ſpiritûs ſumpſit vt ſacra noſtra reformata euocare ſe poſſe conſideret quo carmine conſidera: carmẽ, (lege modò, Tu lector qui Gallicã linguam calles, ſacrũ illũ libellum Turbonis iſtius ſenties mecũ) verbis Incõcinnum eſt, re ineptũ: Enimuero quî poſſet ille euocationis carmẽ cõponere, qui neque gallicas literas neque latinas ſcit? At ſpiritúmne & inceſſũ turbonis iſtius repreſſerim his in tabulis videto, quæ ſi te non attineãt, afficiant, ſaltem peruideto. Vale.

PRÆFATIO

NOſtra ætas non multum fidei gerit.
Tabulæ notantur, adſunt teſtes duodecim,
Tẽpus, locúmque ſcribit actuarius,
Tamen inuenitur Rhetor, qui factum neget.

Porſanus Rhetor ille eſt, qui factis, dictis Chriſti affingit, addicit, decîdit, cui duodecim Apoſtoli ſatis non ſunt, non ſunt ſatis Actuarij Euangelici & Epiſtolici: putat ſe reperiſſe non quod in faba ſe reperiſſe pueri clamitant, eaque propter in fermento totus eſt, ita turget. Ille vnus inuentus eſt noſtrûm qui forcillet fidem, aut ſaltem conetur, ad eam rem Poeta ſcilicet vnicus: Præfatur, affatur amicè ciues Nemauſenſes, quo nomine, verborum inuolucro ſubindicat: ſubindicare nihil neceſſe fuit, nam neſcit nemo, ſilentio ipſe præteribo: verùm (mi Porſane) omnes bonos accurare addecet, ſuſpicionem & culpam vt ab ſeſe ſegregent,

quiſque ſuo eſt promus pectori, ſuſpicio eſt in pectore alieno ſita. Quis non nouit Ieſuitas, ementientes nomen Ieſu, linguâ factioſos, inertes operâ, ſubleſta fide? quibus exclamare de more eſt quod olim apud Horatium,

Perſius exclamat, per magnos Brute Deos te,
Oro, q̃ui reges conſuêris tollere: cur non
Hunc Regẽ iugulas? operum hoc, mihi crede, tuorum eſt.

Hinc, Porſane, in propria non pelle quieſcis: &, quod in aurem, non audes Ieſuiticum ſumere depoſitum clauum. Hi ſunt rumores qui iactabantur in vulgus, &, quidquid hoc carminis eſt, per ora virûm volitabat,

Tu non es nullæ tibi turpis conſciu' rei,
An reus es læſi Regis, an es populi?
Si non es, quare es fugitiuus? dic mihi in aurem?
Actio facundi quid MARIONIS habet?

Sed deſinamus tandem querelarum:

quanta

quanta enim de te circumferuntur & auribus noſtris circumſonant? quæ vt in hoc exarentur libri æquore, huma-num eſſe duco? De Diuinis

cernitur.

ISAACI CHEIRONI

RESPONSIO CATHOLICA AD PRIMAM PORSANI ADMONITIONEM.

De fide Christiana.

Παύεσι ᾗ τ' ἀληθέα κικλήσκουσι, Porſane, Qui auet

Ponere ſigna nouis preceptis, qualia vincunt

Pythagoram, Anytique reũ, doctúmque Platona,

Nouis eum rationibus vti addecet: quis enim non contemnat te, qui nos, hoc eſt humaniores paulò, populúmque, falſis (vt tu putas) vis dedocere vti vocibus, te, inquam,

Vilia vendentem Romano ſcruta popello?

Cur non ponderibus moduliſque ſuis ratio vtitur? Fidem Catholicam non pendere à ra- Ep.2.c.1.
tione, docere conaris, doctos doces. Habemus v.16.
hoc à D. Petro οὐ γὰρ σεσοφισμένοις μύθοις ἐξακολουθήσαντες ἐγνωρίσαμεν ὑμῖν, τὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ δύναμιν καὶ παρουσίαν, ἀλλ' ἐπόπται γενηθέντες τῆς ἐκείνου μεγαλειότητος. Habemus & à D. 1.ad Cor.c.
Paulo, ἡ πίστις ὑμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν 1.& 2.
δυνάμει θεοῦ liquet ex iis & multis aliis Scripturæ locis, Fidem Christianam non pendere à

ratione, vocátque Paulus qui contra ſentiant Νομοδιδασκάλους ἑτεροδιδασκάλους, & cognitionē

Ad Coloſ. c. 2. verſ. 8. & 20. illorum Ματαιολογίαν, φιλοσοφίαν καὶ κενὴν ἀπάτην, τὴν παράδοσιν τῶν ἀνθρώπων, τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου; μωρὰς ζητήσεις, καὶ ἔρεις, καὶ μάχους νομικάς:

lib. de præſcript. & lib. de Anima, & lib. aduer. Gentes. Hinc Exclamat Tertullianus, *Miſerum Ariſtotelem! qui illis dia'ecticam Inſtituit artificem ſtruendi & deſtruendi verſipellem, in ſententiis coactam, in coniecturis duram, in argumentis operariam contentionum, moleſtam etiam ſibi ipſi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit*

lib. 3. c. 13. Lactantius; *Logicum diuina Eruditio non deſiderat, & apparet Ethicam falſam & inanem eſſe philoſophiam quia nec inſtruit ad Iuſtitiæ munera, nec officium hominis rationémque confirmat.* Iuſtinianus Fabulas antiquas nuncupat quæcunque ab Imperiali ſplendore non appetuntur; ſic nos quæcumque ab Imperatorum Imperatore Chriſto, vel ab ſplendore Apoſtolico nō diſcuntur & dedocta volumus & Fabulas cum Paulo vocitamus: Adhuc incredibili modo vtrumq. noſtrum conſentit aſtrum, ſed phoſphorus ille de quo D. Petrus, qui in cordibus noſtris exoritur, incipit declinare à tuo illo aſtro: non enim ſequitur Trāſſubſtantiationem credendam eſſe quò fertur vis tota primę tuæ admonitionis. Iugulum igitur Cauſſæ peto, vt pareat inconſequentia, & illud παρὰ τὸ ἑπόμενον

De Fide.

Fides Chriſtiana propriè tota poſita eſt in regula fidei. i. Symbolo Apoſtolorū. Largâ appel-

appellatione Fides Chriſtiana in neceſſariis Fidei conſiſtit. Neceſſaria autem fidei ſunt Inſtitutiones Chriſti; hoc eſt, Baptiſmus & Cœna; ſunt & Traditiones Apoſtolicę ſeu diſciplina. Symbolum Apoſtolorum vti propoſitum eſt incunctanter accipiendum eſt; Nam *Aduerſus Regulam*, ait Tertullianus, *aut nō ob-* lib.de Præ
ſtrependum, aut quieſcendum eſt, quia nihil ſcire o- ſcript.
mnia ſcire eſt. Item; *Regula quidem fidei vna o-* li.de virg.
mnino eſt, ſola Immobilis & irreformabilis: Cre- veland.
dendi ſcilicet in Unicum Deum omnipotentē, mundi conditorem & Filium eius Ieſum Chriſtum, Natum ex virgine Maria; Crucifixum ſub Pontio Pilato; Tertio die reſuſcitatum à mortuis, receptū in Cœlis, ſedentem nunc ad dexteram Patris, venturum Iudicare viuos & mortuos, per carnis etiam reſurrectionem. Hac lege Fidei manente; Cætera Iam diſciplinæ & conuerſationis, admittunt nouitatem correctionis, operante ſcilicet & proficiente vſque in finem gratia Dei. Vides igitur Regulam Fidei Immobilem eſſe. Cognoſce autem ex eodem Tertulliano; non eodem modulo ac lib.de Præ
pede metiri te debere, Eidem ſacramentorum ſcript.
& Traditionum Apoſtolicarum ſeu diſciplinæ Apoſtolicæ, quo legem & Regulam fidei:

Quæ tibi cognita res in multis, ô bone, rebus
Vtilis inuenietur, & opportuna cluebit;

Nam præſcribit Tertullianus, *Quærendum eſſe duntaxat quod ſalua Regula fidei poteſt in quæſtionem deuenire.* Fides, i. Regula fidei non innititur fundamentis humani ingenij. Ergò credere incunctanter oportet Tranſſubſtantia-

tionem. Meliſſęa ratio hæc eſt, Porſane: nam ψευδὲς λαμβάνει καὶ ἀσυλλόγιστός ἐστι, aſyllogiſton eſſe quis non videt: ψευδοληψία verò in eo eſt, quia ſumit fidem quæ vna ſit, quę pluribus modis dicitur, vt iam docui.

De perſcrutatione.

VEritati nemo præſcribere poteſt: nõ ſpacium temporũ nõ patrocinia perſonarũ, non priuilegium regionum: ex his enim fere, ait Tertullianus, *Conſuetudo initium ab aliqua ignorantia, vel ſimpliciter ſortita, in vſum per ſucceſſionem corroboratur, & ita aduerſus veritatem vindicatur: Quodcumque aduerſus veritatem ſapit, hoc erit hæreſis, etiam vetus conſuetudo.* Idem præſcribit Celſus *Quod non ratione introductũ, ſed errore primùm, deinde conſuetudine obtentum eſt, in aliis ſimilibus non obtinet.* Nec quia per aliquot ſecula credita eſt Tranſſubſtantiatio, adcredere etiam nos eam oportet: nec quia longa iam conſuetudine Papiſtæ ſacerdotes, laicos, poculum Domini non communicant; idem quoque & nos perpetrare debemus. *Chriſtus veritas eſt, non conſuetudo, & Hæreſes,* ait Tertullianus, *non tam nouitas, quàm veritas reuincit*: habere autem in Eccleſia poculum Domini incommunicabile, hoc eſt habere poculum hæreticum; Veritas igitur, quia præualet nouitati, conſuetudini quærenda eſt. Lactat autem me ad veritatis inquiſitionem Lactantius iſtis verbis, *Dedit omnibus Deus pro virili portione ſapientiam, vt & inaudita inueſtigare poſſent, & audita perpendere, nec quia nos illi tempor ibus*

lib. de vir. vel.

D. de le. S & lon' conſuetudi.

lib. de vir. vel.

Inſt. diui. lib. 2. c. 8.

poribus anteceſſerunt, ſapientiâ quoque anteceſſerunt, quæ ſi omnibus æqualiter datur, occupari ab antecedentibus non poteſt, illibabilis eſt tanquam lux & claritas ſolis: quia vt ſol oculorum, ſic ſapientia lumen eſt cordis humani. Quare cùm ſapere, i. veritatem quærere, omnibus ſit innatum, ſapientiam ſibi adimunt, qui ſine vllo iudicio inuenta maiorum probant & ab aliis pecudum more ducuntur. Conqueritur & illud ipſum Horatius in diſpari Cauſa,

Quòd ſi tam Græcis nouitas inuiſa fuiſſet,
Quàm nobis, quid nunc eſſet vetus? aut quid haberet
Quod legeret, tereretque viritim publicus vſus?

Quærenda igitur veritas Trãſſubſtantiationis.

De Cœna Domini,

REplicemus memoriam temporum,
Quæ ſemel
Cæcis condita faſtis,
Incluſit volucris dies,

Cypriani conſilium hoc eſt; *Religioni Chriſtianæ congruit, & timori & ipſi loco, atque officio ſacerdotij cuſtodire traditionis Dominicæ veritatem, & quod prius videtur erratum, Domino monente corrigere, vt cùm in claritate ſua & maieſtate cœleſti venire cœperit, Inueniat nos tenere quod monuit, obſeruare quod docuit: facere quod fecit.* lib. 2. Ep. Paſcha igitur celebraturus & concelebrans Chriſtus, quid monuerit, docuerit, fecerit, D. D. D. Matthæus, Marcus, Lucas, apertè docent, D. Ioannes notat, D. Paulus Explicat. Vt Cœna Dominica conſtet neceſſaria hæc eſſe quę ſequũ-

tur ex diuina Scriptura liquidò conſtat.

De Conuentione & Contubernio.

AC primùm quidem neceſſaria eſt conuentio, φρατρία, ſiue contubernium: μόνον γὰρ οὐκ ἔξεστι δαίνυσθαι: quam conuentionem vſurpatam olim Iudæis docet nos Trilinguis illa temporum emendatio Scaligeri: ſic Dominus omnes diſcipulos conuocauit, & ſummo deſiderio affectus, cùm illis Paſcha illud ſupremum comêdit. Sic Paulus Corinthios Increpat, ὅτι οὐκ εἰς τὸ κρεῖττον, ἀλλ᾽ εἰς τὸ ἧττον συνέρχονται. Tertullianus, *Quis ad Conuiuium Dominicũ illud quod infamant, ſine ſua ſuſpicione* (vxorem) *dimittet*: Ergo & conuenire mos erat, quẽ morem Plinius ad Traianum denotat, ait enim *Chriſtianis morem fuiſſe conueniendi ad capiendum cibum, promiſcuum tamen & innoxium.* Hic mos in Eccleſia Romana vetuſtiſcit: vbinam enim eſt Conuentio & contubernium? cur aliquis ſacerdos ſolus manducat & bibit? cur cœnat cœnam Domini, i. communionem corporis & ſanguinis Chriſti vnus aliquis? cur vni vnum fit, commune quod eſt?

De Miſſis.

NEceſſarius erat Miſſus (vnde & ſine dubio nomen accepit Miſſa) & oblatio cuiuſq; His Pauli verbis videtur ſignificati ſymbola illa Chryſtianorum Ἕκαστος γὰρ τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν. Quid enim eſt ἴδιον-δεῖπνον, niſi cœna illa quam vnuſquiſque eorum qui poterant, conferebat? quæ ſi præmandebatur fiebat proprius cibus qui promi-

ſcuus

ſcuus eſſe debebat, vt Plinius loquitur: quare enim paulò pòſt Paulus ait, Συνερχόμενοι εἰς τὸ φαγεῖν ἀλλήλους ἐκδέχεσθε. ſola enim Cœnę retardatio feciſſet vt alius alium expectaret. Hieronymus refert, *Talem primum Chriſtianorum Conuentum fuiſſe, quales Monachi eſſe imitentur & cupiant, vt nihil cuiuſquam proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper: patrimonia egentibus diuidant; orationibus vacent & pſalmis, quales primum D. Lucas refert Hieroſolymæ fuiſſe:* idque Hieronymus probat ex Philone qui de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam Eccleſia ſcribens, non ſolum ibi, ſed & in multis prouinciis Chriſtianos eſſe memorat, & habitacula eorum vocat monaſteria. Lucianus in peregrino de Chriſtianis ſcribit hoc modo, καταφρονοῦσιν ἁπάντων ἐξ ἴσης, καὶ κοινὰ ἡγοῦνται. Tertullianus: *Itaque qui animo animáque miſcemur, nihil de rei communicatione dubitamus, omnia indiſcreta ſunt apud nos.* Primi igitur Chriſtiani omnia ſua bona conferebant in monaſterium, domum illam communem ἦσαν δὲ προσκαρτεροῦντες τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. Iſtum morem, cœnandi vnà, ferre diu non potuit Paulus, vult enim non cœnam cœnare Chriſtianos, ſed diſciplinam: habet enim quiſque domum ad edendum & bibendum; & ea Cœna vocatur ab Ignatio Δοχὴ, quod vocabulum non malè verterat Interpres *Miſſa*, Miſſus enim accipiebantur, omnes admittebantur ad cœnã illam, Excipiebantur ſine proſopolipſia, & ac-

lib. de Eccle. ſcrip.

Aduerſ. Gentes.

Act. c. 2. v. 42.

Ep. ad Smyrn.

cipiebantur Symbolæ vniuſcuiuſque, vel quod verius videatur δοχὴ miſſa eſt, quid Auditorũ erat admiſſio & dimiſſio, dein Pœnitentium, tertiò Fidelium.

De pane & vino.

NEceſſaria, panis & vinum, fundus enim ſunt & fundamentum Cœnę Dominicę, neque aliter hæc ſacra conſtant. Neceſſaria
Act.c.2. eſt & Κλάσις τοῦ ἄρτου, quæ & κατ' οἶκον fiebat.

De Euchariſtia.

NEceſſaria, Euchariſtia & Hymni: Euchariſtia ſiue εὐλογία ante panis fractionem & poculi præbitionem habebatur, quod liquet: Hymni cantabantur etiam quidam poſt cœnatam cœnam Καὶ ὑμνήσαντες ἐξῆλθον εἰς τὸ ὄρος
Apol. ad Gentes. τῶν ἐλαιῶν; quod DD. Matthæus & Marcus docent: Tertullianus addocet; *Poſt aquam manualem & lumina vt quiſque de ſcripturis ſanctis vel de proprio Ingenio poteſt, prouocatur in medium Deo canere; hinc probatur quomodo biberit; æquè oratio conuiuium dirimit, inde diſceditur non in Cateruas Cæſionum, neque in claſſes diſcurſationum nec in eruptiones laſciuiarum, ſed ad eandem curam modeſtiæ, vt qui non tam cœnam cœnauerint quàm diſciplinam.* An & D. Paulus hoc ipſum confirmet his verbis addubito? Καὶ μὴ
Ep. ad Eph. c.v. ver.18. μεθύσκεσθε οἴνῳ, ἐν ᾧ ἐστὶν ἀσωτία, ἀλλὰ πληροῦσθε ἐν πνεύματι, λαλοῦντες ἑαυτοῖς ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις, καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς, ᾄδοντες καὶ ψάλλοντες ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ.

De præſentia corporis & ſanguinis Chriſti.

NEceſſaria eſt præſentia corporis & ſanguinis Chriſti & διάκρισις eiuſdem corporis. Præſentiam Chriſti non ſentiunt papiſtæ, niſi tranſſubſtantiato pane in corpus, & vino in ſanguinem. Mirum! nam Auguſtus præſens diuus habitus eſt, & Hercules, Fauni dicti ſunt Ethnicis Præſentia numina. Nos habemus & credimus Ieſum Chriſtum, pręſentem Deum: Imò & illud ipſum corpus Chriſti τὸ ὑπὲρ ἡμῶν κλώμενον ſiue διδόμενον, & illud ipſum ſanguen τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον pręſens eſſe ſentimus in pane, abſque pane, in vino, abſque vino. Quis negat? Fidei hoc meritum eſt. Quis enim Fidelium non ſentiat vim & ἐνέργειαν ſuffixi Θεανθρώπου? quis ineffabilis in nos collati beneficij memoria non tangatur? quis non commoriatur Chriſto, mortem Chriſti commemorans? quis non compatiatur paſſioni? quis non configat ſeipſum cruci, hoc eſt, veterem hominem & τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας. Tuam fidē, Porſane! quid hoc fidei eſt ſi te σωματικῶς tágat Chriſtus? Sed (ais) tibi adſunt teſtes, qui illud quod tu dicas, aſſentiant; quid falſo teſticularis? Te, niſi caues, mi homo, lege Cornelia ad beſtias poſtulabo. Vbi etenim locorū Ignatij ad Smyrnenſes locus ille eſt? *Euchariſtiam eſſe Carnem noſtri Saluatoris.* Si commonſtrare potes, inibis à me ſolidam & grandem gratiam, Quod ſi non commonſtrâris, nunc, ne quis dictum ſibi neget, dico omnibus, pręſenti pube, in concione, omni populo, omnibus amicis, notiſque edîco meis, in hunc diem à te

vt caueant, ne credant tibi.

Ad locum Tertulliani.

EXorſa hæc tela malè omnino tibi eſt, quid enim Tertullianum attexis Ignatio qui nullus eſt? De reſurrectione Securus, Porſane, locum Tertulliani qui habetur lib. de Reſurrectione laudaſti, ego inuerſum cõqueror, quà rem, quà verba, latina Gallicis conferat qui volet. *Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur.* Inibi Tertullianus aſſerit reſurrectionem carnis quam hocce modo probat; *Ita Caro* (Agnoſce verba Tertulliani) *dum miniſtra & famula animæ deputatur, conſors & cohæres inuenitur, ſi temporalium, cur nõ & æternorum*, &c. paulò pòſt, *Caro ſalutis eſt cardo, de qua cùm anima Deo allegitur, ipſa eſt quæ efficit, vt anima allegi poſſit; ſed & caro abluitur, vt anima emaculetur. Caro vngitur, vt anima conſecretur. Caro ſignatur, vt & anima muniatur, Caro manus impoſitione adũbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur; Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur vt & anima de Deo ſaginetur, &c.* Hæc eſt propria Chriſtiani nominis forma; qui enim Chriſtianæ militiæ nomen dabant, his ſacramentis & initiis adſtringebantur, Caro abluebatur, vngebatur, ſignabatur, manus impoſitione adumbrabatur, corpore & ſanguine Chriſti veſcebatur, vides initia, vides ſacramẽta militię Chriſtianæ; ſed cur in hoc poſtremo ſacramento deſignando conſueta verborum formula & carmine ſacramentali vſus eſt? quia vnico vocabulo ſacramentalis forma denotari

non

non poterat. Si dixiſſet Tertullianus; *Caro pane & vino veſcitur*; quid Myſterij fuiſſet in his verbis? Quænam fuiſſet illa propria Chriſtiani nominis forma? Carnem pane & vino veſci nonne de publica forma humanę conditionis eſt? vt igitur propriam Chriſtiani nominis formam conſtitueret Tertullianus, carmine ſolito vti eum oportebat, nec aliter poterat. Mihi autem vti magis adcredas, addo, & vobis incredibile & nobis ἀδύνατον videri, Carnẽ corpore & ſanguine Chriſti veſci: caro enim Chriſti non eſt Pabulum carnis, ſed animę humanę non ventris, ſed mentis. Deinde, mi homo, Tibine Temporalis res eſt corpus & ſanguis Chriſti? ablui, vngi, ſignari, manus impoſitione adumbrari, nonne res temporalis eſt, cuius particeps eſt caro? Corpore & ſanguine Chriſti veſci, nonne æternum quid eſt, cuius caro particeps eſſe non poteſt, niſi quatenus caro conſors & cohęres eſt æternorum cum anima? Apparet igitur cur Tertullianus dixerit *Carnem corpore & ſanguine Chriſti veſci.* Σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.

Inciuile eſt Tertullianum in tuum numerũ adlegere, quia tecum colloquutus ſemel videri poſſit, nam niſi tota mente auctoris perſpecta, iudicare non debes. Audi Tertullianum. *Eucharistiæ ſacramentum & in tempore victus, & omnibus mandatum à Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec de aliorum manu quàm præſidentium ſumimus.* Cui loco reſpondet iſte: *Non ſciet maritus quid ſecretò ante omnem cibum guſtes, &* Libro de cor. mil. Libr. 2. ad vxorem.

ſi ſciuerit panem non illum credet eſſe qui dicitur: & hæc ignorans quiſque rationem ſimpliciter ſuſtinebit, ſine gemitu, ſine ſuſpicione panis an veneni? Quis enim credat panem illum eſſe qui dicitur? Cur ſi poſt conſecrationem corpus Chriſti eſſet, panem vocaret non corpus? Panem autem illum quem olim ante omnem cibum guſtabant fuiſſe panẽ Euchariſtię liquidò conſtat ex eodem Tertulliano, lib. de Oratione, ait enim, *Accepto corpore Domini & reſeruato vtrumque ſaluum eſt & participatio ſacrificij & executio officij*: quid enim de reſeruato corpore hîc dicitur? reſeruatum corpus eſt panis ille quem aſportabant ſecum & ante omnem cibum guſtabant: Addicit Tertullianus, *Corpus Chriſti in pane cenſetur*: id eſt, repræſentatur, quod alibi Tertullianus; *Tu Cenſe quid cenſere hoc loco ſit* & recenſe tecum, mi homo, formam cenſualem Romanorum. Subſtantiæ quæ cenſentur vel capita, non ſunt cenſus ſed extra cenſum: nam cenſu denotantur, modus agri, Tributa. Cenſus autem & cenſitum differunt: panis cenſus, cenſitum corpus Chriſti. formulam quaſi quandam cenſualem addit Tertullianus: *Hoc eſt corpus meum*: & iterum addit; *Itaque petendo panem cottidianum, perpetuitatem poſtulamus in Chriſto. & indiuiduitatem à corpore eius.* Perpetuitas in Chriſto & indiuiduitas à corpore eius, An eſſe non poteſt ſine tranſſubſtantiatione, vel manducatione tranſſubſtantiati panis? O commentum humani ingenij? Audi adhuc Tertullianum au-

lib. de Orat. lib. 1. adu. Marc.

ctorem illum doctiſſimum & conſtãtiſſimum Chriſti militem, & vide tuis an à partibus ſtet, *Profeſſus itaque ſe concupiſcentia concupiſſe edere paſcha, vt ſuum, (Indignum enim vt quid alienum concupiſceret Deus) acceptum panem, & diſtributum diſcipulis Corpus ſuum, illum fecit, hoc eſt corpus meum dicendo, id eſt, Figura*, (ip ſuma verba Tertulliani) *corporis mei. Figura autem non fuiſſet, niſi veritatis eſſet corpus.* Occidit, occidit ſpes omnis quam in Tertulliano poſuiſti, Porſane. lib. 1. lib. 4. lib. 4. adu. Mar. & li. aduerſ. Iudæos.

Ad locum Cypriani, qui eſt libro de Cœna Domini, à Porſano citatum pag. 140.

E Terra, Porſane, obrepere olim dixerunt homines, qui dum norant, non norant: quum eſſe cuperent, erant nihil; eiuſmodi tu es, nam dum noſti, non noſti, quum eſſe cupis, es nihil. Ex vno Cypriani loco te talem exarabo, in quo de panis Dominici mutatione agitur. Eo enim loci Natura tibi eſt ſubſtantia. Conferant Gallicis latina qui volent: Gallica huc non infero. Ecce nobis Cypriani locum: *Panis iſte quem Dominus diſcipulis porrigebat non effigie, ſed natura mutatus omnipotẽtia Verbi factus eſt caro.* Panem iſtum male tractas & harpyarum more. Nam quod Cyprianus ait, *Non effigie*, ne Capernaitarum more manducari carnem Chriſti exiſtimaremus hoc dixit. Diſce autem, mi homo, à Magiſtro Cypriani quid ſubſtantia, quid natura ſubſtantiæ ſit, *Aliud eſt autem* (inquit) *ſubſtantia, aliud natura ſubſtantiæ:* lib. de Anima.

" *ſiquidem ſubſtantia eſt propria rei cuiuſque; Natu-*
" *ra vero poteſt eſſe communis.* ſuſcipe exemplum; ſubſtantia eſt lapis, ferrum; Duritia lapidis & ferri, Natura ſubſtantiæ eſt: Duritia communicat, ſubſtantia diſcordat: Mollitia lanæ, mollitia plumæ, pariant (hæc verba etiam ſimo nónne ſuboleant Tertullianum?) naturalia earum, ſubſtantiua non pariant. Ergo ex Tertulliano mutari naturâ & mutari ſubſtântiâ non pariant. Mutat panis, non ſubſtantiâ ſed naturâ: Quis negat, Porſane? Natura panis eſt vt nutriat, Natura panis ſubſtantialis & ſuperſubſtantialis pariant, ſubſtantiua non pariant. Nutrit vterq; panis, hic animam, ille corpus: ſic natura vini & natura ſanguinis Chriſti pariant, vt ſanguis Chriſti, (audebo hoc dicere in diſpari ſubſtantia, ſed pari natura) ſit "

" *Spes donare nouas largus, amaráque*
" *Curarum eluere efficax.* "

Quomodo potuit Cyprianus loqui quàm quo à Magiſtro edoctus eſt modo? Attende & ad hæc Cypriani quæ incontinenti poſita ſunt, & interpretamenti vicem tibi erunt, *Sicut in perſona Chriſti humanitas videbatur & latebat diuinitas: ita Sacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia, vt eſſet religioni circa ſacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus ſacramenta ſunt, Syncerior pateret acceſſus vſque ad participationem Spiritus*, non quod vſque ad conſubſtantialitatem Chriſti, ſed vſque ad ſocietatē germaniſſimam eius hæc vnitas perueniſſet. Vidén tu Mutationem eſſe diuinæ eſſentiæ & à diuina

à diuina eſſentia quæ infundat ſeſe ineffabiliter ſacramento viſibili? vidén tu participationem ſpiritus eiuſdem eſſe? vidén ad vnitatem omnia referri, & illam vnitatem pertinere non ad conſubſtantialitatem Chriſti, ſed vſque ad ſocietatem germaniſſimam eius? Qui verò fieri poſſet, vt ad conſubſtantialitatem non pertineret illa vnitas, ſi mutatio eſſet ſubſtantiæ & ſi corpus Chriſti manducaremus? quomodo non vniremur Chriſto etiam conſubſtantialiter? ſed, mi homo, cuius veritatis corpus, ſacramenta ſunt? Veritas Chriſti non in ſola carne Chriſti poſita eſt, ſed & magis in diuinitate. Sacramenta enim Chriſtiana non ſunt Figura, nō vmbra eius quod futurum eſt, ſed corpus eius quod eſt. i. veritatis & ſpiritus. Chriſtus enim dat abundè quod promittit & vnit nos ſibi, quia participat nos ſpiritum ſuum: Quemadmodum nós ipſi.

Qui cœtu coniugióque
Corporis atque animæ conſiſtimus vniter apti.

Sic participatione Sacramentorum, quæ corpus veritatis ſunt, conſiſtimus vniter apti cum Chriſto etiam in hoc mūdo: hæc verò, *Nec me animi fallit quàm ſint obſcura*, explanari vix poſſunt: Cœtus enim & coniugiū Chriſti cum Ecclesia D. Paulo, magnum eſt myſterium, quò etiam reſpexit Cyprianus cùm hæc addiceret *Ita Eccleſia corpus Chriſti effecta obſequitur capiti ſuo, & ſuperius lumen in inferiora diffuſum, claritatis ſuæ plenitudine à fine vſque ad finem attingens, totum apud ſe manens, totum ſe omnibus*

commodat, & caloris illius identitas ita corpori aſſidet vt à capite non recedat. Quid clarius quàm corpus Domini, hoc eſt, Eccleſiam, non corpore Domini, ſed calore & caloris Dominici identitate foueri & nutriri? Quid abſurdius, quàm vnum & idem corpus Caput ſuum comedere? Iterum & paulò poſt Cyprianus, *Panis itaque hic Azymus cibus verus & ſyncerus per Speciem & ſacramentum nos tactu ſanctificat, fide illuminat, veritate Chriſto conformat: quomodo per Speciem & Sacramentum, Si panis panis non eſt, ſed corpus Chriſti*: quo loci quid Speciei nomine intelligatur nemo non intelligit. Adiicit Cyprianus, *Panem Angelorum ſub Sacramento manducamus in terris, eundem ſine Sacramento manifeſtiùs edemus in cœlis?* Quid! mi homo, Edemúſne in cœlis carnem Chriſti? Angeli manducántne carnem Chriſti, bibúntne ſangninem? Nemo homo vnquam hoc dixit: Diuinitas quidem Chriſti ab æterno eſt, ſed humanitas incœpit eſſe, & fuit tempus quando non erat corpus Chriſti, quomodo igitur angeli mãducabant carnem Chriſti quæ nondũ erat? nam à creatis angelis, imò & ante creatos angelos, panis angelorum erat, ſed corpus Chriſti non erat. Manducatio igitur non eſt corporalis, quia etiam ante creatum corpus Chriſti Panem manducabãt augeli, & eundem Panem angelorum ſub ſacramento manducamus quem angeli manducabant ſine corpore. nondum enim creatum erat. Addo quónam euaneſcat ſimilitudo hæc Cypriani ſi panis mutatur

Ib. eod.

tatur ſubſtantia? ait enim Cyprianus, *Quando Dominus appellat Corpus ſuum Panem de multorum granorum adunatione congeſtum, populum noſtrum quem portabat, indicat adunatũ: & quando ſanguinem ſuum Vinum appellat de botris atque acinis plurimis expreſſum atque in vnum coactum; gregem item noſtrum ſignificat commixtione adunatæ multitudinis copulatum.* Dicéſne, Porſane, effigie & opinione Panem eſſe, ſubſtantiâ verò nequaquam? & de pane non conſecrato vel effigiato & imaginario, Dominum ſimilitudinem ſuam deducere, Hoc abſurdiſsimum eſt, Deum loqui de re quæ non ſit, ſed quæ videtur. Illud verò tollitur ab ipſo Cypriano: nã Panem illum de multorum granorum adunatione congeſtum vocat Cyprianus *Panem Dominicum.* lib.1.Ep.6. lib.1.Ep.6

De Agapa.

NEceſſaria eſt Ἀγάπη, vnde & conuiuium Dominicum ſortitum eſt nomen. D. Iudas Apoſtolus eius Agapes mentionem facit, & D. Petrus. Tertullianus, *Cœna noſtra de nomine rationem ſuam oſtendit, vocatur enim Ἀγάπη, id quod dilectio penes Græcos eſt,* quam & alibi vocat Triclinium Chriſtianorum. Agapen autem eandem Euchariſtiæ facio, ait enim Tertullianus *Nam & Cœnulas noſtras præterquam ſceleris infames, vt prodigas ſuggillatis, & dicimur ſceleratiſſimi de ſacramento infanticidij, & pabulo crudæ, & poſt cõuiuiũ inceſto.* Cur Infanticidij poſtulati? niſi quia carmen illud ſacramentale addicerent Pani, *hoc eſt corpus meum,* Ep.Cath.A 12. Ep.1.c.2.v. 17.& Ep.2. c.2.v.13. Apol.adu. Gentes & eod. Apo. Eod.Apo. &adu. Pſychicos.

& gloriarentur de carne Chriſti? Item alibi: *Quis ad conuiuium dominicum illud quod infamāt ſine ſua ſuſpicione dimittet?* Cur conuiuium dominicum ἁπλῶς vocaretur, ſi alterum & diuerſum ab illo Domini eſſet? ſi alterum & diuerſum ab illo Corinthiorum, quo in conuiuio Corinthii corpus Domini manducabant? ſed & paruuli qui admittebantur nonne indicio ſunt certo & indubitato Agapen & cœnam Chriſtianorum fuiſſe Euchariſtiam, vt Cypryanus docet. Sed de Agapis ἀκριβεστέρως aliquando, ξὺν θεῷ.

lib. 2. ad uxorem.

Ad Cor. Ep. 1. c. 11.

ib. de lapſis.

De ſacramenti ſignificatione multiplici.

TErtulliani verbum eſt, *Omnia periclitabuntur aliter accipi quàm ſunt & amittere quod ſunt, dum aliter accipiuntur, ſi aliter quàm ſunt cognominantur.* Fides nominum, ſalus eſt proprietatum. Baptiſmum, & Cœnam Domini, vocari ſacramentum, non à Chriſto non ab Apoſtolis quod legatur, ſed eſt ἅπαξ λεγόμενον. Cur autem cognominata ſint ſacramenta ediſſertemus, vt nec tot eſſe ſacramenta, quot Papiſtæ volunt, & plura eſſe quàm papiſtę volunt, illuceat tandem animis Papiſtarum. Duo excutienda ſunt radicitus, Nempe *Myſterium* & *Sacramentum.* Gloſſæ veteres, Μυστήριον interpretantur *arcanum*, *Iniciamentum*: Sacramentum verò ὁρκωμόσιον & ὅρκον στρατιωτικόν, vtrumque appoſitè ad rem noſtram. Nam quis neget Baptiſmum initiamentum eſſe? quis in Baptiſmo preſtitum olim ὁρκωμόσιον, & Religionem

lib. de Carn. Chriſti.

Chriſtia-

Chriſtianam, Militiam quandam eſſe inficias eat.? Tertulliani auctoritas ſacra eſt, *Vocati ſumus*, ait, *ad Militiam Dei viui, iam tunc cùm in ſacramenti verba reſpondimus.* Hieronymus, *Recordare tyrocinij tui diem, quo Chriſto in Baptiſmate conſepultus, in ſacramenti verba iuraſti.* Quid autem reſponderetur docet idem Tertullianus his verbis; *Aquam adituri, ibidem, ſed & aliquantò priùs in Eccleſia ſub antiſtitis manu conteſtamur nos renunciare diabolo, Pompæ & angelis eius.* Docet & hoc ipſum alibi: *Hi ſunt nempe Angeli quos iudicaturi ſumus, hi ſunt angeli quibus in lauacro renunciamus.* Mos autem ille ſacramenti dicendi à Romana militia eſt, vt & gloſſæ veteres indicant: Cur enim ὅρκον στρατιωτικὸν verterent ſacramentum? Docet nos Horatius formulam militaris ſacramenti:

li. Ad Martyr. — Ad Heliodorum. — de Cor. Mil. — lib. de habit. Muliе. & lib. de ſpectacul. — lib. 2. d. 17

> *Non ego perfidum*
> *Dixi ſacramentum, ibimus, ibimus,*
> *Vtcumque præcedes, ſupremum*
> *Carpere iter, Comites Parati.*

Diximus ſacramentum, ibimus, ibimus: Carpamus igitur iter Chriſti, Neque vel latum pedem deflectamus. Gloſſę Μυστήριον *arcanum* vertunt; qua ſignificatione D. Matthæus Myſteria regni Cælorum vocat: & D. Paulus, μυστήριον χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένον. Idem Apoſtolus vocat Μυστήριον Mutationem illam ſupremā quæ fiet ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, ἐν τῇ ἐσχάτῃ σάλπιγγι: ſic voluntatem Dei Erga Nos in Chriſto μυστήριον vocat: ſic & ab illa notione loquitur Apoſtolus μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυ-

c. 13. v. 11. — Ad Ro. c. 16. v. 25. — Ad Cor. c. 15. v. 51. — Ad Ephes. c. 1. — Apacal. c.

στήριον : ſic & Ioannes, *τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων.*
Patres & verſio communis conſtāter Μυστήριον,
lib. Adu. Praxean. quod gloſſis eſt *arcanum*, vertunt Sacramen-
tum : Tertullianus Myſterium fidei vocat
Chriſtianum Sacramentum & *Oeconomias ſacra-*
lib. 5. adu. Marcioné. *mentum.* Idem Auctor, Apoſtolo datam gratiā
illuminandi omnes, *diſpenſationem ſacramenti*
occulti ab æuis in Deo qui omnia condidit, nun-
cupat : Voluntatem Dei in diſpenſationem a-
dimpletionis temporum & *ἀνακεφαλαίωσιν* illam
in Chriſtum futuram, quam vertit *ad Initium*
lib. 5. adu. Marci. *redactionem* vel ab *Initio recenſionem*, ſacra-
Ibid. mentum adnominat Tertullianus. In Allego-
riis ſacramentum ineſſe affirmat, & Figurarū
ſacramenta eſſe dicit. Religio ipſa Chriſtiana
lib. 5. adu. Marcio. Tertulliano *Sacramentum eſt.* Lignum quo
Moyſes Aquam amaram indulcauit *Sacramen-*
lib. adu. Iudæos. *tum erat*, vt ait Tertullianus. Dei verbum &
Chriſtus, *Sacramentum* eſt Tertulliano. Matri-
lib. de præſc. adu. hæ. monium Chriſti & Eccleſiæ *magnum Sacra-*
lib. 4. Ep. 2 *mentum eſt*, vertit Tertullianus. Cyprianus v-
lib. 3. Ep. 3. nitatem Eccleſiæ vocat, *concordiæ vinculum &*
Ca. iſte Abrahæ 32. *Catholicæ Eccleſiæ indiuiduum Sacramentum*, lo-
c. Queſt. 4 quitur & iſto modo Eccleſiæ veritas & Euan-
gelici ſacramenti vnitas: Auguſtinus *rei abditæ*
ſacramentum vocat Abrahami conſolationem
ad ſecundas nuptias poſt Saræ mortem. Quibus
ex locis, & pro Myſterio, & pro rei abditæ &
arcanæ ſigno, & Typo, & ſpecie & figura, poni
certum eſt, ſed veniet in ſuffragium adhuc
Tract. de ſimpl. præ. diſcipulus Tertulliani : *Sacramento veſtis* (do-
minicæ ſcilicet, & per totū textilis & cohærentis) *de*

tis) *declarauit Eccleſiæ vnitatem, & ſacramentũ Paſcha non aliud Exodi lege contineat quàm vt agnus, qui in figura Chriſti occiditur, in domo vna edatur: Caro Chriſti & ſanctum Domini eiici foras non poteſt, nec alia vlla credentibus præter vnam Eccleſiam domus eſt.* Idem Cyprianus: *Hunc* (ſcilicet Chriſtum) *ſi fieri poteſt ſequamur omnes, huius ſacramento & ſigno cenſemur, hic nobis viam vitæ aperit: & mare illud ſacramentum baptiſmi fuiſſe declarat beatus Apoſtolus Paulus.* Idem, *Cũ totum fidei ſacramentum in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum: inuenimus & in Geneſi* (ait Cyprianus) *ſacramentum circa Noe hoc idem præcucurriſſe & figuram Dominicæ paſſionis illic extitiſſe,* & paulò poſt, *Noe typum futuræ veritatis oſtendens; non aquam ſed vinum bibit: & ſic imaginem Dominicæ paſſionis expreſſit.* Idem Cyprianus his verbis, *Panis itaque hic azymus Cibus verus & ſyncerus, per ſpeciem & ſacramentum nos tactu ſanctificat.* Iſidorus, *ſacramentum eſt in aliqua celebratione cùm res geſta ita fit vt aliquid ſignificare intelligatur, quod ſanctè accipiendum eſt.* Appellationes ſacramenti percurrimus: ſi verò vbi ſacramenti vox ſonat, ſacramentum eſſe intelligatur, Eccleſia tota ſcatebit ſacramentis, & erunt non duo non quinque, nõ ſeptem ſacramẽta; ſed infinita, & rectè, nam ipſa Eccleſia ſacrãmentum appellatur, ipſa igitur Eccleſia, & quæ in ipſa ſunt, & ab ea exoriuntur, ſacramenta erunt. Sacramentum verò nuſquam accipitur pro ſigno & pro re ſignificata ſimul, nec in vllo ſacramento, id eſt,

Tract.1.cõtra Deme.

lib.1.Ep.7.

lib.2.Ep.3.

lib.de Cœna Domi.

Orig.lib.6

rei ſacræ ſigno, ineſt res ſignificata. Demitte iſta in pectus, Porſane, vel potius inſcribe frõti, vt elogio inſignitum & literatum te cognoſcant omnes.

De probationibus.

GLoriaris vulgò, Porſane, vulgo vt circum fertur, & ego auribus hauſi, poſſe te

Curuo dignoſcere rectum,
Atque inter ſyluas Ecademi quærere verũ.

quo merito, diſpiciamus. Probationum duo genera conſtituere videris; Vnum quod rem demonſtrat vti eſt, & ad mathematicas diſciplinas pertinet. Alterum quod ſola nititur auctoritate, & cuius veritas eſt in atteſtante, hoc poſtremo vtitur religio Chriſtiana: Sed an hoc ſolo? id ipſum videris affirmare; verùm qua ratione, aut qua imagine eo compelleris?

O Miſeras hominum mentes, ô pectora cæca!
Qualibus in tenebris vitæ, quantiſque periclis
Degitur hoc æui, quodcumque eſt!

Tenebras fugo, Aperi modò oculos: Periclis te libero: Repeda modò Porſane. Hippocrates, Καὶ τοὶ ὅπου τὸ ὀρθὸν, καὶ τὸ μὴ ὀρθὸν, ὅρον ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ ἂν τέχνη εἴη; τοῦτο γὰρ ἔγωγε φημὶ ἀτεχνίην εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν εἴη μηδὲν, μήτε οὐκ ὀρθόν: Martyrion artis eſt rectum, & non rectum. Ariſtoteles, τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς μεθόδους, ὧν εἰσὶν ἀρχαὶ ἢ αἴτια, ἢ στοιχεῖα, ἐκ τοῦ ταῦτα γνωρίζειν. Scimus autem ἢ ἐπαγωγῇ ἢ ἀποδείξει καὶ ἡ μὲν ἀπόδειξις ἐκ τῶν καθόλου, ἡ δὲ ἐπαγωγὴ ἐκ τῶν κατὰ μέρος· ἀδύνατον δὲ τὰ καθόλου θεωρῆσαι μὴ δι' ἐπαγωγῆς· Chriſtianæ ſcientiæ rectum, non rectum, eſt,

lib. de Arte.

lib. phyſic. 1. c. 1.

lib. 1. poſt anal.

ctum eſt, principia, Cauſæ, elementa ſunt, ſciẽtia principiorum Chriſtianorum eſt ἀναπόδεικτος tibi. Quis non adcredit, mi homo! nónne reliquatur Ἐπαγωγή? Quid ex Ariſtotelis ſententia; præter eam probationem quæ Ἀπόδειξις fit quæ Ἐπαγωγῇ nónne λογικῶς aliquid probari poteſt? nônne διαλεκτικῶς? Erraſti igitur in ſumma probationum facienda, nam demonſtrationem tantùm agnoſcis, in ſecularibus literis: In ſacris verò Auctoritatem atteſtantis. Deinde, mi homo; Tu qui vnus es ſub omni cœlo qui organum illud Ariſtotelis didiciſti, Principia ſcientiæ Chriſtianę non negabis eſſe illa quę in regula fidei poſita sũt, (plura etiam ponas licet, non repugno) Principia autem cuiuſque ſcientiæ ſunt τὰ καθόλου, Ἀπόδειξις, mi homo, non eſt τῶν, ſed ἐκ τῶν καθόλου. Inutilis igitur tua præmonitio & ingloria, imò & inepta. Cui enim bono doces, Fidem demõſtratione non vti? Fides enim eſt principiorum, & Principia, vt ſciunt omnes, non ſolùm diſciplinæ Chriſtianę, ſed & diſciplinarum omnium ſecularium ſunt ἀναπόδεικτα. Tranſſubſtantiationem eſſe, vis credi quaſi Principium religionis Chriſtianæ, & vſurpas Ariſtotelium illud, non iſta verborum ſpecie, ſed verbis è triuio conquiſitis; Δεῖ τὸν μανθάνοντα πιστεύειν, & quia αὐτὸς ἔφα. i. Papa, fidem adhibendam eſſè ais. Verùm, τὸ, Tranſſubſtantiationem eſſe, in album legis duodecemuiralis & ſymbolicę referri non poteſt, neque Principiorum apoſtolicorum auctoritate cẽſeri: Quæcumque qui-

dem ſunt in religionē Chriſtiana ab his & ad hæc principia Apoſtolica fluunt, refluunt ἀναλόγως: Tranſſubſtantiationis enim,quę an ſit cùm dubitetur inter nos, & iiſdem principiis vtamur, ἐκ τῶν καθόλου Ἀπόδειξις facienda eſt, vt & tui Papiſtæ illam probare conantur ab Omnipotentia Dei, eſt enim Principium ſcientiæ Chriſtianæ: Noſtri verò contra improbāt à tribus principiis fidei noſtræ: Aſcendit enim in Cœlos, ſedet ad dexteram patris Omnipotentis,inde veniet iudicare viuos & mortuos. Axioma hoc eſt, Principia vnius ſcientiæ nūquam contradictorias concluſiones producunt, niſi ſi principia contraria ſunt inter ſe: Papiſtæ eſſe, noſtri non eſſe Tranſſubſtantiationem efficiunt, Papiſtæ multis contrarietatibus implicantur: nam dicunt in Cœlis eſſe & non eſſe corpus Chriſti, in terris eſſe & non eſſe, in cœlis & in terris eſſe ſimul: dentibus teri & non teri: imò & ſtaturam corporis Chriſti, quam norunt, effigiant enim, accidentibus panis circumuelant multò minoris magnitudinis, quàm ſtatura corporis ſit. Vera quidem eſt hæc propoſitio, Chriſtus eſt vbique,ſed falſiſſima hęc eſt,Corpus Chriſti eſt vbique: ſic hæc vera eſt, Chriſtus pluribus in locis eſſe poteſt, ſed hæc eſt falſiſſima,Corpus Chriſti pluribus in locis eſſe poteſt ſimul & eodem tempore. Verùm non ratione, ais, ſed auctoritate res ponderanda eſt, dictóque audientem eſſe oportet eum qui Chriſtianum ſe profitetur. Magiſter dixit, quis non credat?

ſed quo

ſed quo dixit modo , eo adcredere oportet, Porſane. Verba Chriſti ſunt ſpiritus & vita, ſpiritus igitur vitam in nobis ἐνεργεῖ, etiam ſine transſubſtantiatione, quia & ἐνεργητικωτέρως agit ſpiritus, quàm corpus ,

Quis calor infundit geminis alterna metallis
Fœdera? quæ duras iungit concordia mentes?
Flagrat anhela ſilex, & amicā ſaucia ſentit
Materiam, placidóſque chalybs cognoſcit amores.

Diuina igitur illa Chriſti aura tenax, etiā ferrum cordis noſtri maritat ſibi, inſinuat ſe nobis, nóſque fouet.

IS. CH. RESPONSIO CATHOLICA

AD SECVNDAM PORSANI ADMONITIONEM.

De notis Eccleſiæ.

PRAEFATIO.

DVcit te ſpecies, Porſane, & malè verum examinas corruptus vanis rerum: placet enim tibi Eccleſia, ſpecioſa, notis antiquitatis & ſucceſſionis papiſticæ adumbrata, fucatis Καθόλου & vnitatis titulis condecorata. Antiqua multa ſunt, quæ antiquata oporteret. Antiquarij omnes eſſe volunt, vellem ipſe, ſed næ ille antiquarius importunus eſt

Qui redit ad faſtos, & virtutem æſtimat annis,
Miraturque nihil, niſi quod libitina Sacrauit.

Mirantur omnes ſucceſſionem illam Papiſticã Eccleſiæ Romanæ imò p ercelluntur fulminea auctoritate paparum : Verùm, vt ait ille,

Stemmata quid faciũt? quid prodeſt, Põtice, lõgo
Sanguine cenſeri, pictóſque oſtendere vultus

Maio-

Maiorum, & ſtantes in curribus Æmilianos?
Et Curios iam dimidios, Naſúmque Minorem
Coruini & Galbam auriculis, Naſóque carẽtẽ?
Quis fructus Generis tabulâ iactare capaci
Fumoſos equitum cum dictatore magiſtros
Si coram Lepedis malè viuitur?

Quicumque igitur Chriſtiani Catholici & vinculo caritatis vniter inter ſe apti ſunt, non Romam & Petri ædes, non Italiam, & Lauretanæ Mariæ εἴδωλον, non Hiſpaniam, & D. Iacobi imaginem petunt, vt bene viuant, nam, ô Porſane,

Præceptum auriculis hoc inſtillare memento,

Præceptum, inquam, hoc Horatianum, rei qua de agitur Chriſtianæ quod aſſidet, quadrat, conſentit,

Nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere, quod petis, hic eſt,
Eſt Vlubris, animus ſi te non deficit æquus:

Non Ieroſolymis, non à Tribu Leui, non Romæ, non à Papa Iubilatio peccatorum accipiẽda eſt, vbique Gentium, gentes omnes placare Deum poſſunt, precibúſque propitium reddere, Deus enim omnium & ſingularum gentium

Spes iubet eſſe ratas.

Secla hominum cæca Romam confluunt ad carmen, preces & iubilationem ſecularem. Hæc Antiqua ſunt, hæc ſucceſſione ad hæc vſque tempora peruenerunt, hæc vniuerſalia ſunt, nam vniuerſi, Hæc vna, nam vnum in

locum concedunt, eſt ita, Porſane, ſed ſunt eiuſmodi quæ antiquata quæ multo abhinc tempore interrupta oporteret, Quæ priuatim quę vbique locorum & quocumque tempore fieri deberent: Hóc ne eſt bene viuere? Terras nauigare, maria ambulare, Romæ vnius cauſa, vnius Papæ, imaginariæ remiſſæ vnius peccatorum?

O Curuæ in terras animæ & Cœleſtium inanes?
Quid iuuat hoc, templis noſtros immittere mores
Et bona diis ex hac ſcelerata ducere pulpa?

Perſius exclamat? nónne noſtri.i.humani mores ſunt? Quid enim eſt Iudaizare? quid eſt in morem gentilitium mores Chriſtianos conuertere, ſi hoc non eſt? Quid ſeriem Paparum enumeras ſi coràm Apoſtolis & viris Apoſtolicis male viuitur? Apoſtoli & viri Apoſtolici nunquam Iubilationem ſecularem inſtituerunt. Placuit paullulum exorbitare, ne ſequenti anno Orbitam quæ Romam dúcit inſiſtant tam multi, ſed exquirant aliunde

... veræ numeróſque modóſque ediſcere vitæ.

Afficit & te mirum in modum Appellatio καθολικ & vnitatis, lubénſque vſurpas merita hæc & cognomina virtutis Chriſtianæ, & vis Eccleſiam Romanam eſſe Eccleſiam Catholicam, communionem & vnionem illam Sanctorum:

Quid? ſi quis vultu toruo ferus, & pede nudo
Exiguóque togæ ſimulet textore Catonem,
Virtutémne repræſentet, moréſque Catonis?

Quid! quia Eccleſia Ro. præoccupauit appellationes

tiones omnes Eccleſiæ Chriſtianæ & optiuo Eccleſiæ Chriſtianæ nomine creuit, repræſentâtne virtutē, moréſque Petri, Pauli, aliorûmque Apoſtolorum?

Decipit exemplar vitiis imitabile: & verbis decoris obuoluis vitium, Porſane, ſed has tuas quatuor notas Eccleſiæ ſignanter & breuiter poſtea perſequar.

De Eccleſia.

IN duo ſumma quaſi capita tua ſecunda admonitio eſt diſtributa. Priûs illud eſt quo aſſeris Eccleſiam viſibilem: poſterius, quô videris tibi notas Eccleſiæ Catholicæ è Patrum ſcriptis pulchrè enotaſſe, tibi pulcher. Sed, ô λόγους tuos, Porſane! nónne λόγος eſt περὶ τὴν ὁμωνυμίαν, quidquid orationis à te cōſcriptum eſt de Eccleſia viſibili? Aduerte animum, & fac ne in pertuſum ingeram dicta dolium, operámque ludam. Eccleſiæ Appellatio multiplex eſt: Gloſſę veteres Eccleſiam vertunt *concilium, concionem*: quo ſignificatu apud auctores Ethnicos accipitur. Eccleſię dicuntur Ædes Deo conſecratæ, & vt loquuntur Impp. Honorius & Theodoſius, *pradia vſibus Cœleſtium* l. 5. C. de ſa- *ſecretorum dedicata.* Eccleſia dicitur Collegiū croſ. Eccl.
clericorum, ſacerdotum, ſenatus & πρεσβυτέριον 1. Timoth.
Paulo. Eccleſia etiam *Particularis* dicitur, vt E- c. 4. 14.
pheſina, Smyrnēſis, Pergamena, quę Thyatiris, quę Sardis: quę Philadelphis, quę Laodiceæ erat, quę vt Paulus loquitur erant σῶμα Χριστοῦ καὶ μέλη ἐκ μέρους. Sic Tres in nomine Ieſu conuo- 1. ad Cor.
cati, ad nomen Ieſu cuncta reuocantes, dicun- c. 12. 27.

Ad Eph.c. 1.10. tur Eccleſia. Eſt & Eccleſia corpus Chriſti Myſticum, & vt loquitur Apoſtolus, Cuius in diſpẽſatione plenitudinis temporum, fiet ἀνακεφαλαίωσις quod idem Apoſtolus vocat Ναὸν ἅγιον ἐν Κυρίῳ. Ad Eph.c. 2.21. Templum illud ſanctum, Eccleſiã illam Sanctam, Corpus illud Chriſti Myſticum internoſci & videri quis audeat affirmare?

Si poſſis oculo quantum contendere lynceus,
Non tamen idcirco credam te poſſe videre
Sacratum corpus, terſancti membráque membri.

Quod vides hoc eſt, Porſane, vides papiſticum corpus, cuius te particulam profiteris, & quæcunque Eccleſiæ particulares ſunt oculis ſubiiciuntur: ſed vna quę eſt, ſancta & catholica, vni Deo cognita eſt. Hinc nata eſt diſtinctio illa *Eccleſiæ viſibilis & inuiſibilis*, quam & ſequitur Caluinus. Neque Caluinus vnquam dixit Eccleſiam Chriſtianam eſſe inuiſibilem, ſed docuit nos Eccleſiam duobus modis accipi in ſacris ſcripturis, viſibilis enim quædam eſt, quędam inuiſibilis. Tu vero, Porſane, quid probare, conaris viſibilem eſſe Eccleſiam? Quid actum agis? nam quis negat? ſed tune vnquam probare poteris videri poſſe, Inſt.lib.4. ca.1.ſec.7.

Quidquid de Domini verritur areis,
Et Chriſtus proprio condidit horreo
Condétque?

Ac, ne erres, inuiſibile & incognitum idẽ nobis ſonant. Nam Electos non ſui natura, ſed electionis gratia ſecreta inuiſibiles eſſe & incognitos,

cognitos, exque Electis Eccleſiam inuiſibilem, id eſt Corpus Chriſti myſticum componi, quis nobiſcum nō concludat? Eccleſiam vero viſibilem ex probis & reprobis conſtare quis nobiſcum non approbet? Ergo

--In Caſſum fruſtraque laboras
Semper & in curis cōſumis inanibus æuũ.

Cui enim bono Eccleſiam viſibilem eſſe, ἀσ-ματικῶς, doctos docere vis? Scimus enim videri poſſe particulatim omnes qui ſunt in Eccleſia, illos verò qui, ſunt de Eccleſia videri dignoſcíque non poſſe, non ſolùm nos, ſed & vos etiam cognoſcitis. Nam Eccleſia, quæ Area eſt Domini, patet omnibus: Eccleſia verò, quę ſponſa Chriſti eſt, quæ de odore adeſſe Chriſtum ſcit & aperit illicò, Cuius amor cupidam per deſerta locorum, per ignes, per aquas prolicit, vni Chriſto patet, homines latet: nouit enim Deus qui ſui ſunt. Quotquot locorum è ſacra Scriptura ad rem tuam elocaſti, ad hanc Eccleſiæ diſtinctionem referre, te oportet. Hoc tantùm putare tecum argumentis fert animus: nam Eccleſiam viſibilem eſſe dictis conuincere vis, ſed dictis tuis nequeo perduci vt viſibilem credam Eccleſiam, de tuis rationibus vna hæc eſt, Eccleſia viſibilis eſt; quia Credimus vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam. Quid tibi eſt Catholicũ? id quod diffuſum eſt per vniuerſum orbem, ſed quod Catholicum eſt eo modo, oculíſne capi poteſt? mente non oculis captus ſis, ſi aſſeueres: nam orbis viſibilis quidem eſt, ſed per partes, non

per ſe vniuerſus: Neque videris agnoſcere (tāta eſt ingenij tui paupertas) Interpretamentū aliud Eccleſiæ Catholicæ. Audi me, Eccleſia, Catholica dicitur non tantùm quia diffuſa eſt per vniuerſum orbem, ſed quia ſemper & ad conſummationem vſque ſeculi erunt qui verbum Domini vocem paſtoris audient: quo etiam modo Eccleſia Catholica nobis non eſt viſibilis, quî enim fieri poteſt, vt tot hominū Chriſtianorum cognitionem habeamus

quot fuerunt

Aut ſunt, aut aliis erunt in annis?

Nam à iactis mundi fundamentis ad ciecta, vinculo & ſerie quadam temporum perſonarúmque continuata, Eccleſia Catholica continebitur. Eccleſia quælibet particularis, Catholica dici poteſt, ſi quod ſemper obtinuit in Eccleſiá Dei, illud ipſum retinet. Nec ſolùm Eccleſiá quędam, ſed & quilibet Chriſtianus Catholicus dici capit. Volunt hoc Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius: & hoc ſignificatu Eccleſia quædam Catholica viſibilis eſt, quo etiam modo, quod tu adhuc non intellexiſti, Porſane, Eccleſia Romana adrogauit ſibi prærogatiuam Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ. Sed Eccleſia Romana prærogatiuâ cecidit, quia in tali religione non verſatur quam Diuinus Paulus, vel (vt ſentiā cum Imperatoribus) quam Diuinus Petrus Apoſtolus tradidit olim Romanis. Eamus per omnes appellationes Eccleſiæ. Eccleſia ſancta eſt, Chriſtus enim Patrem precatus eſt Α'γίασον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀλη-

l.1.C. de ſum. Tri. & fid. Ca.

Ioan.17.v.17.

τῇ ἀληθείᾳ σου, ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι. Ad illos etiam precem illam referre poſſumus & ſanctificationem, de quibus D. Paulus, iſthocce modo, οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς: οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε, καὶ οὓς ἐκάλεσε, τούτους καὶ ἐδικαίωσεν· οὓς δὲ ἐδικαίωσε, τούτους καὶ ἐδόξασε. Sancti enim vocati ſunt κατὰ πρόθεσιν τοῦ θεοῦ, Eccleſia illa ſancta, ſancti illi ὑπὲρ ὧν τὸ πνεῦμα κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει, Electi illi καθ᾽ οὓς τις ἐγκαλέσει; tibíne viſi aliquando, tibíne cogniti ſunt, Porſane? Hinc credimus Eccleſiam ſanctam Catholicam: credimus, non videmus, videre hominem homo poteſt: videre hominem ſanctum, hominem πνευματικόν, vt Paulus loquitur, ſolius Dei eſt, & eius cui à Deo datum eſt. Cognomina hæc Eccleſiæ quæ ſunt virtutis cognomina Eccleſiam faciunt ἀόρατον & ἄγνωστον: ſanctitas enim & vniuerſitas efficiunt Eccleſiam, ἐξ ὑποθέσεως, vt Ariſtotelis verbo vtar, Inuiſibilem & ignobilem: Apulei vox tibi homini ignobili, haud dubiè ignobilis erit. Ad Ro. c. 8.29.

De Signis ſeu Notis Eccleſiæ.

VIam qui neſcit qua deueniat ad mare, eũ oportet amnem quærere comitem ſibi. Tres illi magi præeuntem ſtellam ſequebantur, quæ vbi ſtetit, & illi illicò ſubſtiterunt, Chriſtúmque inuenerunt: Neque ſignum aliud potuit illis Chriſtum reddere quàm cœleſte quod eſſet, non amiſit illos ſtella comes, Eccleſia quæritur, & qui ad Eccleſiam ducant quærimus comites. Tibi Comites ſũt, *Antiquitas*

ſucceſſio, vniuerſitas, vnitas. Maleficis qui addis nobis talem comitatum, properantes qui nos commorâre: ſol abit, ſi huc item properes nobiſcum, vt iſthuc properas, facias rectius: hîc ventus nunc ſecundus eſt, cape modò vorſoriam, hîc Fauonius ſerenus eſt, hîc Auſter imbricus: hîc facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet. Reſpice huc ad dexteram, Porſane, nónne ex aduorſo vides? nubis atra, imbérque inſtat: aſpice nunc ad ſiniſtram huc, atque vide cœlum vt ſplendore eſt plenũ: nónne ex aduorſo vides? Religionem obiicio, recipe te huc, riui hi te comitabuntur comites, Chriſti mera puta doctrina, Traditio mera puta, ſacramentorum Chriſti & eorundem adminiſtratio mera puta & Apoſtolica, Melioris notæ hæ notæ ſunt, quàm tuæ illæ quatuor, quibus nobis Eccleſiam adnotas, melioris, quia magis diuinæ, quia magis eiuſdem naturę cum ſubiecto quod denotant: quia ducũt certius, quia certius reddunt quod quæritur: quia tam gnaros, quàm ignaros alliciunt, quia apertius Eccleſiam oſtendunt. Ariſtoteles docet ex ſignis vnum ſe habere, ὡς τὸ καθ᾽ ἕκαστον πρὸς τὸ καθόλου: alterum ὡς τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος: Illud eſt λυτὸν, κἂν ἀληθὲς ᾖ, ἀσυλλόγιστον γάρ: Hoc & λυτὸν, κἂν ἀληθὲς ᾖ: Signum verò illud quod τεκμήριον dicitur, quod ἀναγκαῖον, quod μόνον eſt, ἄλυτον eſt: hæc igitur Enthymemata ex ſignis fabricare te auſum fuiſſe demiror. Nam Porſane,

lib. 2. prior Analyt. & li. 1. Rhet. c. 2.

Naue agere ignarus nauis timet, abrotanũ ægro

Non au-

Non audet, niſi qui didicit, dare; quod medicorum eſt

Promittunt medici: tractant fabrilia fabri.

Enthymemata tua ſunt: Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia, quia Antiqua, quia ſucceſſione Epiſcoporum claret, quia vniuerſalis, quia vna. Quis te, ô magiſter artium, ô Theologe, ô Canonice theologe, tam præclarè argutantem docuit? vēter. Hoc λυτὸν eſt κἂν ἀληθὲς ᾖ eſt enim τὸ καθόλου πρὸς τὸ κατὰ μέρος:

Omnis Eccleſia quæ antiqua eſt, quæ ſucceſſione Epiſcoporum claret, vera Eccleſia eſt.

At Eccleſia Romana Antiqua eſt, ſucceſſione Epiſcoporum Claret.

Ergo Eccleſia Romana eſt vera Eccleſia.

Illæ duæ propoſitiones non ſunt veræ: quia, vt loquitur Ariſtoteles, Τεκμήρια non ſunt ἀναγκαῖα, non ſunt μόνα, non eſſe talia docet Tertullianus. *Cæterùm ſi quæ audent interſerere ſe ætati Apoſtolicæ, vt ideo videantur ab Apoſtolis traditæ quia ſub Apoſtolis fuerunt, poſſumus dicere, Edant ergo Origines Eccleſiarum ſuarum, euoluant ordinem Epiſcoporum ſuorum ita per ſucceſſiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquē ex Apoſtolis vel Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerit, habuerit auctorem & anteceſſorem, Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ Cenſus ſuos deferunt, ſicut Smyrnæorum Eccleſia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert, ſicut Romanorum Clementem à Petro ordinatum edit, proinde vtique & cæteræ exhibent quos ab Apoſtolis in Epiſcopatum conſtitutos Apoſtolici* lib. de Præſcrip.

ſeminis traduces habeant.. Confingant tale aliquid hæretici, quid enim illis poſt blaſphemiam inlicitũ eſt? ſed etſi confinxerint, nihil promouebunt: ipſa enim doctrina eorum cum Apoſtolica comparata, ex diuerſitate & contrarietate ſua pronunciabit, neque Apoſtoli alicuius auctoris eſſe, neque Apoſtolici, quia ſicut Apoſtoli non diuerſa inter ſe docuiſſent, ita & Apoſtolici non contraria Apoſtolis edidiſſẽt, niſi illi qui ab Apoſtolis deſciuerũt, & aliter prædicauerunt. Ad hanc itaque formam prouocabuntur ab illis Eccleſiis, quæ licet nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis auctorem ſuum proferant vt multò poſteriores, quæ denique cottidie inſtituuntur: tamen in eadem fide conſpirantes, non minus Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate doctrinæ. Ita omnes hæreſes ad vtramque formam à noſtris Eccleſiis prouocatæ probent ſe quaquà putant Apoſtolicas, ſed adeo nec ſunt, nec poſſunt probare, quod non ſunt, nec recipiuntur in pacem & in Communicationem ab Eccleſiis quoquo modo Apoſtolicis, ſcilicet, ob diuerſitatem Sacramenti, nullo modo Apoſtolicæ. Tertulliano, vt, ſi tibi eſt animus, colligere potes, præſcriptiones hæ tuæ Antiquitatis & ſucceſſionis per ſe non præſcribunt, neque ſunt ſigna neceſſaria, non enim in ſola Antiquitate & ſucceſſione Tertulliani fundatæ ſunt præſcriptiones, ſed & in Antiquitate & ſucceſſione Doctrinæ. Conſanguinitas doctrinæ facit Eccleſiam Apoſtolicam, non antiquitas, non ſucceſſio Epiſcoporum. Eccleſiæ enim illæ, vt docet Tertullianus, quæ nullum ex Apoſtolis vel Apoſtolicis auctorem ſuum

ſuum proferunt, vt multò poſteriores, quæ denique quotidie inſtituuntur, tamen in eadem fide conſpirantes, non minus Apoſtolicæ deputantur pro conſanguinitate Doctrinæ: Hoc ipſum idem Tertullianus eodem libro prædocet, *Si hæc ita ſunt conſtat proinde omnem doctrinam quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, id ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit, Reliquam verò omnem doctrinam de mẽdacio præiudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum, & Apoſtolorum, & Chriſti, & Dei.* Idem Tertullianus, *Vnde autem extranei & inimici Apoſtolis hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit, aut recepit, illic igitur & ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt, vbi diuerſitas inuenitur doctrinæ.*

Sed ne hiſcere quidem tibi in poſterum poteſtas ſit, & vt ſcias futilem, leuem, & ἀσυλλόγιστον eſſe probationem quæ ab antiquitate & ſucceſſione ſola manat, audi eundem Tertullianum concludentem ſuas præſcriptiones: *ſed nunc quidem generaliter actum eſt nobis aduerſus hæreſes omnes certis & iuſtis & neceſſariis præſcriptionibus repellendas à conlatione Scripturarum.* Certa igitur, Porſane, iuſta, & neceſſaria non ſunt ſigna tua Antiquitatis & ſucceſſionis, niſi à conlatione Scripturarum. Atque quod κατά τι dictum eſt, quaſi ἁπλῶς dictum proferre non debes, Patrum enim nemo vnquam fuit, non

Tertullianus, qui dixerit Antiquitatem per ſe & ſucceſſionem ſigna eſſe Eccleſiæ: ſed cum adiectione loquuti ſunt, aut apertè aut tacitè, vt paulò pòſt demonſtrabitur. Reſtat vt videamus, an hæc quæ ſequuntur ſint Sylogiſta,

Omnis Eccleſia quæ Catholica eſt, vera eſt.
At Eccleſia Romana Catholica eſt.
Ergo Eccleſia Romana vera eſt.

Tam hæc ſunt ἀσυλλόγιστα quàm ſuperiora. Nam Eccleſia Catholica Romæ eſſe non poteſt: tenere quidem fidem Catholicam Romana Eccleſia potuit: ſed non poteſt eſſe Eccleſia Catholica. Nam pars non poteſt eſſe Totum, neque particulare, vniuerſale. Eccleſiam Romanam fuiſſe Eccleſiam Particularem, non Catholicam & ſparſam per omnes mundi partes, ſed inter particulares adnumeratam, ex Tertulliano omnibus intimare mihi liceat. *Age, iam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc Cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſidentur, apud quas ipſæ authenticæ literæ eorum recitantur, ſonantes vocem & repræſentantes faciem vniuſcuiuſque: proxima eſt tibi Achaia, habes Corinthum: Si non longè es à Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes: ſi potes in Aſiam tendere, habes Epheſum, ſi autem Italiæ adiaces habes Romam.* Si Eccleſia Catholica vna eſt, vt eſt, ſi Eccleſia Romana Eccleſia illa eſt quæ Catholica eſt, quæ vna eſt, cur non concurrendum eſſe ait Tertullianus ad

lib. de præſcript.

illam

illam Eccleſiam, quæ Catholica, quę vna eſt? Nam ab vno principio, non à ſeparatis & diſſitis principiis deriuanda erat veritas, & veritatis certitudo repetenda. Deinde, quo iure Eccleſia Romana ſibi vendicare poteſt authenticas literas Pauli ad Corinthios Philippenſes, Theſſalonicenſes, & cæteros? nullo ſanè, niſi iure vnitatis fidei, &, vt cum Tertulliano loquar, *communicatione pacis; appellatione fraternitatis, conteſſeratione hoſpitalitatis, & eiuſdem ſacramenti vna traditione.* Nam vna tantùm eſt Epiſtola ad Romanos, aſſerere quàm ſibi ſuo iure Romani & cuius authenticum habere poterant, ſed authenticas literas Corinthiorum, cæterorúmque, quo vſurpaſſent iure quã quo dixi, Pacis ſcilicet & fraternitatis? Præterea Tertulliani verba loci citati prima nónne hæc ſibi volunt? *In negotio ſalutis noſtræ, exercitatio melior curioſitate, excitatur ab animo ſibi non ſatisfaciente, & fide non contento apoſtolica.* Nam tam Vlubris ſalus eſt, ſi Eccleſia Vlubris eſt, quàm Romæ: & curioſitas eſt Romam concurrere vbi quod petimus Vlubris eſt. Eccleſia igitur Romana, non eſt Catholica Eccleſia, nam vbique gentium eſſe & Romæ eſſe diſſident: Sed Eccleſia Romana, Catholica eſſet, ac proinde vera, ſi quod tenent omnes verè Chriſtiani, (diſce hoc iterum à me, Porſane;) ipſa teneret: Καθολικὸν enim ad doctrinæ magis quàm ad doctorum & hominum vniuerſitatem pertinet.

Reſtat nota vnitatis, à qua denotas Eccleſiã

Romanam eſſe veram Eccleſiam, quia Eccleſia Romana vna eſt, ſed & hoc Enthymema λυτὸν eſt: nam hoc ſignum neceſſarium non eſt, multíſque modis dicitur vt poſtea accuratius docebo. Non enim quia Eccleſiæ Romanæ Cerimoniæ & doctrina ſparſa eſt per vniuerſũ penè orbem, Eccleſia Romana vna eſt: Nam

lib. de ſimplicitate.

Cypriani doctrina hæc eſt; *Dominus cùm diſcipulis ſuis vnanimitatem ſuaderet & pacẽ, Dico, inquit, vobis quoniam ſi duobus ex vobis conuenerit in terra de omni re quamcunque petieritis, continget vobis à Patre meo qui in cœlis eſt, vbicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum, oſtendens non multitudinis, ſed vnanimitati deprecantium plurimum tribui.* Non igitur quia multitudo eſt maior, vna magis, ſed quia vnanimis magis, & vnanimis magis, quæ cum veritatis capite atque Origine conſentit, Papiſtica autem vnitas, quia cum veritatis capite non conſentit, Chriſtiana vnitas non eſt. Apparet ergo, Porſane, quatuor illas tuas notas, nothi hominis nothas eſſe, dilutíque hominis ſigna λυτὰ, ſed quas λογικῶς nunc ἀναλυτικῶς perſequamur.

De Antiquitate.

Nihil nobis antiquius eſſe debet quã Antiquitas: Antiquitas nulla antiquior, quã veritas: veritas antiquior nulla quàm Chriſtiana: Veritas Chriſtiana illa eſt quam Eccleſia ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus à Deo ſuſcepit, quæ ſcriptis Euangelicis Epiſtolicíſque mandata eſt. Nam tempore vel origine

præcedere,

præcedere; nō eſt antiquitate præcedere, quod tibi & papiſticæ Eccleſiæ præſcribo poſt Tertullianum *ſolemus*, ait, *hæreticis compendij gratia de poſteritate præſcribere. In quantum enim veritatis Regula prior, quæ etiam futuras hereſes prænunciauit, in tantum poſteriores quæque doctrinæ, hæreſes præiudicabuntur: quia ſunt, quæ futuræ veritatis antiquiore regula prænunciabantur.* Doctrina igitur poſterior, hæreſis eſt, quia cum Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei non conſpirat, cum literis fidei non conſentit. Sed noſtra doctrina, Porſane, conſentit cum literis fidei. Cur igitur de poſteritate præſcribes nobis? Nos de poſteritate præſcribimus Papiſtis, quia doctrina Papiſtarum poſterior eſt, & poſterior, quia non conſentit cū Apoſtolicis ſcriptis, Apoſtolicíque ſeminis traduces non habet. Temporalis præſcriptio nihil eſt aduerſus nos, quia furto & clam poſſident Papiſtæ, quia non ſunt Chriſtiani Catholici, vti nomen poſſidet, potiores autem iure facti ſumus, licet poſteriores tempore, quia titulo antiquiore poſſidemus, Inſtrumentis ſcilicet Apoſtolorum, & Tres conuocati in nomine Domini in Eccleſię poſſeſſionem miſſi ſumus, à quo? à Chriſto, quia enim nobiſcum Chriſtus eſt, & à nobis ſtant ſcripta Apoſtolica. Antiquitas igitur doctrinæ non ſola temporis antiquitas, reſpicienda eſt, vt tu ipſe vis: ſed ſi Antiquitas doctrinæ ſignum eſt Eccleſiæ veræ, & ſapis, & nobiſcum, imò & cum Tertulliano facis, & æquo Ioue iudicas. Nam do-

lib. adu. Hermog.

lib. de virg. veland. ctrina Chriſtiana veritas eſt: veritate nihil antiquius, nihil prius. Tertulliani verba lubet repetere; *Si ſemper Chriſtus, & prior omnibus, æquè veritas ſempiterna & antiqua res: viderint ergo quibus nouum eſt, quod ſibi vetus eſt, Hæreſeis non tam nouitas quàm veritas reuincit, quodcumque aduerſus veritatem ſapit, hoc erit hæreſis etiã vetus conſuetudo, veritati igitur nemo præſcribere poteſt, non ſpacium temporum* (Agnoſce verba Tertulliani) *non patrocinia perſonarum, nõ priuilegium regionum.* Præſcriptio igitur temporalis nullius eſt momenti, & Antiquitas temporis ſignum Eccleſiæ veræ eſſe non poteſt: ſed doctrina Antiqua, Chriſtianâ autem & Apoſtolicâ nulla antiquior, Eccleſiæ veræ certa & indubitata nota eſt, quam in ſententiam inuitum te ire compulit veritas: nam quidquid argutatus & teſticulatus es, non ad temporis, ſed magis ad doctrinæ antiquitatem recidit.

De Succeſſione.

SVcceſſio, perſonarum eſt & doctrinæ: Perſonæ, legitimæ vel extraordinariæ: Perſonę legitimæ cuſtodientis vnitatem & fidem. Hæc ſummula eſt tuæ iſtius notæ ſecundæ: quam qua ratione Eccleſiæ notam eſſe probes, neque notum feciſti neque facies. Nota enim ſeu ſignum vel eſſentiale eſt, vel accidentarium. Accidentarium ſignum, Porſane, dare nobis non vis. Nam accidentarium ſignum cœpit eſſe, quia tempus fuit quando non erat, & ab aliquo accepit initium & incrementum. Eſſentiale verò cum re ipſa cuius ſignum eſt naſcitur: Hoc

tur: Hoc Succeſſionis ſignum natum non eſſe cum Eccleſia doceo ex Epiſtola quadã Rabani Mauri ad Regenbaldum. *Igitur vt beatus Ambroſius teſtatur, poſtquam omnibus locis Eccleſia ſuit conſtituta & officia ordinata, eſt aliter compoſita res quàm cœperat. Primùm enim omnes docebant & omnes baptizabant, quibuſcumque diebus & temporibus fuiſſet occaſio. Nec enim Philippus tempus quæſiuit aut diem quo Eunuchum baptizaret, neque ieiunium interpoſuit. Neque Paulus & Silas tempus diſtulerunt quo optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus Clericos habuit aut diem quæſiuit quando Corneliũ cũ omni domo ſua baptizauit. Nec ipſe, ſed iuſſit fratribus qui cũ illo erant apud Corneliũ in Ioppe. Adhuc enim præter ſeptem diaconos, nullus fuerat ordinatus, vt ergo creſceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia conceſſum eſt & euangelizare & baptizare, & Scripturas in Eccleſia explanare, &c.* Si omnes Euangelizabant & ſcripturas in Eccleſia explanabant, ſucceſſio nulla erat, Eccleſia ſuis notis connotata, ſuis inſignita ſignis non erat. Igitur ſucceſſione temporis, ſucceſſionis notâ notata fuit Eccleſia, fuitque quondam Eccleſia naſcens, ſine hac nota. Atque ita nota hæc Acccidentaria eſt, quia poſt natam Eccleſiam, nata, ſed nónne videri & dignoſci habebat Eccleſia naſcens? Nónne Simon Petrus cum Simone Mago ex iure manum conſeruit? Excèpítne, præſcripsítne Petrus? ἐν ἀποδείξει πνεύματος, ἐν δυνάμει θεοῦ, excipiebant præſcribebant Apoſtoli. Neque iuris

Beat. Rhenanus in Ann. in li. de Cor. Mil.

Romani exceptiones & pręſcriptiones opponere volebant, qui ἀπόδειξιν πνεύματος, & δύναμιν θεοῦ, Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπίγνωσιν, τῆς παρακαταθήκης φυλακὴν, ſolas iuris diuini Exceptiones & præſcriptiones nouerant. Nota igitur hæc, ſucceſſionis Eccleſię verę nota non eſt, quia poſt natam Eccleſiam nata eſt, quam cum Eccleſia naſci oportuit; Signum autem hoc non fuiſſe perpetuum in Eccleſia, etiam ratio euincit: nam quod non doctrinâ Eccleſiæ, ſed auctoritate perſonarum introductum eſt, vim notę perpetuæ obtinere non poteſt. Huius Argumenti Tertullianus mihi auctor. *Differentiam inter*
in Exhor. ad Caſtit. *ordinem & plebem conſtituit Eccleſia auctoritas, & honor per ordinis conſeſſum Sanctificatus à Deo.* Sed & maius Argumentum moueo, cuius auctor etiam mihi Tertullianus, imò ipſe Chri-
lib. eod. ſtus, Eccleſiæ illius, Cuius nullus ordinis eccleſiaſtici conſeſſus eſt, nulla ſucceſſio eſt: ſed
lib. Ad Caſtit. *vbi tres*, ait Tertullianus, *Eccleſia eſt, licet laici*: vnuſquiſque enim de ſua fide viuit, nec eſt perſonarum acceptio apud Deum, quoniam non auditores legis iuſtificabuntur à Deo, ſed factores, ſecundum quod & Apoſtolus dicit. Eccleſiam illam trium laicorum qua ſucceſſionis & miſſionis nota, claram produces, Porſane? Si verò abs te quærerem, notam illius Triperſonalis Eccleſiæ, ſucceſſionem non poſſes dare, laici enim omnes. Nota vera certa & indubitata illius Eccleſiæ eſt Doctrina:

Doctrina enim vim promouet inſitam,
Rectique cultus pectora roborant.

Ideoque

Ideoque illi tres faciunt Eccleſiam: non enim auditores modò, ſed & factores legis ſunt. Neque eſt aliud ſignum quo internoſcatur Eccleſia illa triperſonalis, quàm doctrina & recti cultus: ſucceſſio enim eſt ſacerdotalis perſonæ non laicæ. Abſit, Porſane, vt quamcumque trium hominum conuocationem Eccleſiam eſſe affirmem, aut inſtrumenta ἀταξίας inuehã & inferam in domum Dei: ſed hoc dixi, ne diutius crederes ſucceſſionem eſſe ſignum perpetuum Eccleſiæ, & vt tandem in animum túum tuorúmque inducere poſſem Eccleſiæ nullum eſſe certius ſignum quàm Doctrinam: non enim eſt Πεοσωποληψία apud Deum. Vnde & euincitur, Miſſionem legitimam, non eſſe neceſſariam, vt Eccleſia conſtituatur & doceatur. Rationibus ſuperioribus has rationes attexo: Omnes Chriſtiani ſunt deſignati ſacerdotes, imò & creati à Deo. Tertullianus, *Nónne & laici ſacerdotes ſumus? ſcriptum eſt Regnum quoque nos & ſacerdotes Deo & patri ſuo fecit.* Si quis Chriſtianus laicus conſtitutus vltra Sauromatas & glacialem Oceanum, inter populos ignaros Chriſti, Euangelizaret pacem, & euangelizaret quæ bona ſunt, nónne faceret quę ſui ſunt officij & ſacerdotij? Nónne conſtituere Eccleſiam laicus ille poſſet? quis hoc neget, Porſane, niſi qui inſaniat? quid? reuerteretúrne Romam vt Sacerdos crearetur? Nónne ſucceſſor ille legitimus eſt, qui lege ſacrarum Tabularum ſuccedit? nónne eâdem ſacrarum Tabularum lege ſinguli Chriſtiani, Sacerdotes

in Exhor. ad Caſt.

Apocal. 1. & Pet. 1. c. 2.

ſunt, & ſibi inuicem ſubſtituti? Quid Pauli illud quod ab Eſaia eſt Ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά? ſolíne ordini non plebi addicas? O Porſani inſanum interpretamentum! Obiicies, Porſane, vt vulgò obiiciunt tui, Miſſio illa Laici, quia // extraordinaria, fulgere debet comprobata miraculis, fulgere debet, vbínam hoc ſacroſancti libri ſancitum habent? quis legem illam miſſionis extraordinariæ, quo tẽpore, apud quos rogauit? quibus libris illa rogatio continetur? libris ſcilicet ritualibus Eccleſiæ papiſticę cõtinetur. Apud papiſtas, hoc eſt apud ſeipſum, aliquot ante ſecula, Papa rogauit. Miſſioni extraordinariæ legem illam non dixit Paulus. Nam Miracula tam Pſeudoprophetæ, quàm prophetæ edere poſſunt, miraculiſque dimicare inter ſe, & quando ſpecimen ſpecitur & certamen cernitur duorum prophetarum, ſolâ in Deum & proximum caritate diſpicitur & diſcernitur par illud Prophetarum. Quid ſi proponatur laicus, ſed qui Propheta Chriſti ſit, qui caritate præfulgeat, χαρίσματι miraculorum & ἐνεργήματι δυνάμεων donatus non ſit, & Pſeudopropheta qui fulgore miraculorum prægrauet caritatem laici, qui Petrum, Paullum, imò ipſum Chriſtum ſimulet, diiudicandi lex quænam dicta eſt, vel (vt tu loquerere) diiudicandi nota quænam eſt? iterum & vno verbo expediam, Caritas, lex eſt & nota: Omne tulit punctum qui caritatẽ habet, Caritas enim omnia. Miſſionis igitur extraordinariæ ſignũ perpetuum

tuum & neceſſarium non eſt, Miraculorum & ſignorum editio. Nullo enim alio Dei Chariſmate definitur extraordinaria miſſio quàm Caritatis Chariſmate. Sola enim Caritas in ſolo Dei propheta & diuinitus miſſo, Miraculorum editio etiam in pſeudoprophetis inueniri poteſt. Eccleſiaſticum dogma hoc eſt. *Signa, & Prodigia & ſanitates etiam peccatores in nomine Domini facere ab ipſo Deo didicimus*, & dogmate quadrageſimo nono: *Signis & prodigijs clarum poſſe fieri Chriſtianum, non tamen ſanctum, ſi intemperatis & aſperis moribus agat: temperatis autem & placidis moribus, etiam abſque ſignorum efficacia, & ſanctum & Perfectum & Dei hominem fieri recte credimus*, Sed mittamus miſſionem hanc Extraordinariam. Succeſſio, ait, non locorum non perſonarum ſola eſt, ſed doctrinæ etiam, ſi perſonæ & doctrinæ ſimul ſucceſſio eſt, comprobo, nam illo modo non ſucceſſio, ſed doctrina nota eſt Eccleſiæ. Succeſſio autem perſonarum nota Eccleſiæ eſſe non poteſt, quia perſonæ ipſæ Eccleſiæ ſunt, vel pars Eccleſiæ, atque ita Eccleſia vel particula Eccleſiæ ſui ipſius eſſet nota, quod & abſurdiſſimum eſt & à veritate Chriſtiana alienum. *Succeſſio tanquam digito monſtrat doctrinam*, Porſanus ait, & ventoſus

lib. de doctrina & fide Eccleſiaſticorū dogmatū.

Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:

Nam paullò poſt ſubdit doctrinam eſſe notam qua dignoſcitur Doctor, ſed ab Eccleſia. i. ab ordine, non à plebe, quid eſt, Porſane, Dementire deliráque fari, ſi hoc non eſt?

Solis putatis eſſe ſpiritum vobis,
Solis licere quidquid eſt Chariſmatων
Colligere, & putare cæteros truncos.

Deus, Porſane, vult omnes ſeruari καὶ εἰς ἐπίγνω-
σιν ἀληθείας ἐλθεῖν : qui veritatem nouit nõ po-
1.Timoth. c. 2. terit dignoſcere rectum à curuo! Cui bono ad
plebem referre de creatione Epiſcoporum, co
ram plebe ſeu populo creari presbiteros Epiſ-
copos? ſi plebs ſciſcendi, populus iubendi neſ-
cius eſt? ſi aſſentiri plebs cum ſenſu veritatis
non poteſt? Corporis Chriſti Myſtici nónne
membra ſunt plebs? nónne omnia Chariſma-
ta efficit vnus ille & idem ſpiritus διαιροῦν ἰδίᾳ
ἑκάστῳ καθὼς βούλεται? nónne Deus collocauit mē-
Ad Cor. 1. c. 12. bra ſingula ſingillatim in corpore, ſicut voluit?
nónne Deus contemperauit corpus τῷ ὑστεροῦν-
τι περισσοτέραν δοὺς τιμήν? Honor quo populum
donas, Porſane, totus in eo eſt, vt penes po-
pulum ſit diiudicatio generalis noui veteriſue
dogmatis : & quod ſcriptum eſt, *attendite do-
ctrinis*, ita interpretaris: Interpretamentum ac-
cipio: Ergo doctrina monſtrat qualis ſit do-
ctor: lupúſne pellem ouis indutus, an ouis, nā
quid doctorem efficit niſi doctrina? quid do-
ctorem bonum, niſi bona Doctrina?

Poſtquam te diu multúmque exercuit ille a-
nimi tui æſtus, tandem concludis ſucceſſionem
illam certam, legitimam & indubitatam eſſe, ſi
ſucceſſores cuſtodiant vnitatem, tum caritatis
tum fidei cum anteceſſoribus. Succeſſio igitur
lib de præ ſcript. per ſe nullius eſt ponderis, ſed ſi coniuncta ſit
cùm ſucceſſione doctrinæ, vt loquitur Tertul-
lianus,

lianus,vires & pondus habet. Quod Anima homini eſt, hoc doctrina ſucceſſioni,homo enim ſine anima, homo non eſt, ſed Cadauer: ſic ſucceſſio ſine doctrina ſucceſſio non eſt, ſed ſucceſſio Cadaueroſa: ſucceſſio igitur melior illa quæ doctrinæ eſt, quàm quæ perſonarum, optima illa eſt quę & perſonarum & doctrinæ eſt. Doctrinam perdiderunt papiſtæ,quia perditi ſunt: Perditi ſunt, quia doctrinam perdiderunt: Lex enim Teſtamenti Dominici eſt, *vocabo ad ſucceſſionem Gentem quæ gens mea non eſt, & genti meæ vt indignæ hæreditatem meā auferam*, ſic Papiſtis vt indignis ablata ſunt bona hęreditatis Dominicę:legitimi ſucceſſores ſūt Miniſtri, non ſolùm extra ordinem vocati, quia lege ſacrarum & ſupremarum tabularum ſuccedunt. Lutherus creatus ſacerdos ſucceſſit veris paſtoribus Eccleſiæ, tum quòd legitimè miſſus, tum quòd conſanguineus Apoſtolis pro conſanguinitate Doctrinæ,ad Domini hæreditatem admiſſus eſt:Lutheri ſucceſſio legitima eſt,& qui lege creatus eſt rituali,formula ſacramentali conſecratus,oleo verè ſacro inunctus, impoſitione manuum adumbratus, ſpiritu Dei Sanctificatus,alios pari lege creare poteſt: Character enim ille nunquam inducitur & quæ ſacrata ſemel ſunt, niſi admiſſione ſceleris cuiuſdam exſecrata fieri non poſſunt: Character ſacramenti huius matrimonialis, neque iterari neque obliterari poteſt. Præterea Lutherus & Caluinus cæteríue conſangui nei Apoſtolis, pro conſanguinitate doctrinæ

& tanquam ſui hæredes ſucceſſerunt Apoſtolis : Papiſtæ vt extranei ſuccedere non poſſunt.

Quanta ſit, Porſane, in te Ἀνιστορησία καὶ Ἀναχρονισμὸς, vel illa quę de datione Synodicæ ex Cypriani lib. 1. Ep.4. & lib. 4. Ep.9.& quæ de confirmatione Epiſcoporum ſemper olim factitata à Romano Pontifice ex Sozomeni lib. 7. cap. 8. refers, ſatis indicant. Ad eoſdem enim locos Cypriani & Sozomeni ad quos citaſti nos, teipſum tuóſque recito, vnde ſi excitare poſſis vel verbulum Synodicæ illius, confirmationiſue illius Pontificiæ, Reum me cita læſæ Cyprianæ maieſtatis & Sozomenę. Cypriani tempore, ſub populi aſſiſtentis conſcientia fiebant ordinationes ſacerdotales à quinque Epiſcopis, qui eiuſdem prouinciæ proximi conueniebant & Epiſcopum eligebant: Sozomenus verò docet, idem obſeruatum in electione Ambroſii Pontificis ſeu Epiſcopi Mediolanenſis (tunc enim temporis iſta verba idem ſonabant) plebs enim præſens erat & Synodus conuocata, præter quàm quod Valentinianus hanc precem fudit, *gratias ago tibi, domine & ſaluator noſter, quoniam huic viro, ego quidem commiſi corpora, tu autem animas, & meam electionem oſtendiſti tuæ iuſtitiæ conuenire:* illo igitùr æuo Imperatorum erat electio, ſed vbinam de Synodica vel confirmatione pontificia verba faciunt Cyprianus & Sozomenus? Tu vis nobis verba dare, quæ illi non faciunt, ſenes ſumus, quibus dare difficile eſt. Næ, tu magnus

plagiarius

plagiarius es,ſed, quos tu vindicare in ſeruitutem Papæ voles, ego aſſeram in libertatem, & ſecundum me vindiciæ pronunciabuntur. De depoſitione Epiſcoporum quod proponis ex Cypriano,non erat ſolemne:ſcribebant vt cõſilio Coepiſcoporum iuuarētur in re incerta, certiores etiam faciebant vicinas Eccleſias nõ de more, neque ſemper ante quàm Epiſcopi mouerentur ſenatu Eccleſiaſtico, ſed ne ſcandalo eſſet illa motio. Si magna aut metuenda res erat,in notitiam Epiſcoporum ſtatim proferebatur, ſecus non. Verùm, Porſane,Tu qui de Electionis forma antiqua aliquid attigiſti: cur antiquata eſt forma illa eligendi Epiſcopos quæ erat Cypriani & Valentiniani æuo? cur ſi illa forma mutauit, veſtra non mutet? Cur formulam antiquam eligendi rogare nobis non liceat, quàm vos abrogaſtis nullo iure?cur nobis non liceat reſtituere formám eligendi quæ cum actis Apoſtolorum conſpirat? Papa non eligit populo, ſed adlegit ſibi, vt ſua ſcilicet procurent Epiſcopi, non quæ populi. Sed vt tractes de Electione Epiſcoporum, lectione tibi tua opus eſt, non collectione aliena:ſecus enim falles tuos& fallêris,vt falſum te fuiſſe liquidò quàm oſtendi.

De Vniuerſitate.

NOn audeo poſtulare vt id credatur mihi, ſed tamen verum eſt,nihil inſulſius,nihil diſſolutius, nihil indoctius legiſſe aut audiſſe me vnquam, quam quæ Porſanus de vniuerſiate porrigit nobis, quem porrò procedere

porcent hæc mea dicta,

Si modo culturæ patientem commodet aurem, Quid enim indoctius eſt, quàm vnam tantùm agnoſcere Eccleſiæ Catholicæ ſignificationẽ, & ſparſam per omnes mundi partes congregationem dicere? Quid diſſolutius quàm ab eo quod eſt, ad nominis adrogationem, à nominis adrogatione; ad auctores hæreſeωm, ab aüctoritate hęreſeωn, ad paucitatem tranſilire? Quid inſulſius quàm paucitatem, Eccleſię naſcentis fuiſſe aut eſſe potuiſſe notam? Inſulſum hoc non eſt, ſed indoctum. Verùm quid inſulſius quàm vnumquemque hominem aut vnamquamque Eccleſiã vocitari Catholicum, Catholicámue, quia Eccleſia Catholica eſt ſparſa per vniuerſum orbem? ô magnas inter opes inopem! O indoctum magnos inter Eccleſiæ doctores! Eccleſiæ nota ex pedarij iſtius ſenatoris Eccleſiaſtici Viennenſis ſententia eſt τὸ καθολικόν. Quid!, mi homo, ſi quis hominis notam inueſtigaret, An, Rationem, notam hominis eſſe comprobaret? Hominẽ qui dicit, Rationalem etiam dicit, atque ideo qui Eccleſiæ notas quærit, Eccleſiæ Catholicę notas quærit, & qui Eccleſiæ notam eſſe dicit τὸ καθολικόν, ſumit partem totius, vt totum ipſum demonſtret. Catholicum eſſe, eſt Eccleſiæ Epitheton perpetuum, non διαςολή, quaſi ſit Eccleſia quædam non Catholica. Nam Eccleſia nulla dari poteſt quæ non ſit Catholica, ſiquidem Eccleſia ſit, vti nomen poſsidet. Nam κατ᾽ ἐξοχὴν accipitur Eccleſia & intelligitur Chriſtia-

Chriſtiana: quòd Eccleſia, Catholica dicitur, nō ſolùm eſt epitheton perpetuum, ſed etiam quòd dicitur Chriſtiana, quòd Sancta, quòd vna, Epitheta perpetua ſunt. Eccleſia enim tota eſt quod eſt, αὐταρκής, ipſa ſibi: neque nomen Eccleſia ſuum communicat, quemadmodum genus ſuis ſpeciebus nomen communicat. Eccleſia non in ſpecies diuiditur, nam in contraria diuideretur: ſed in partes vniter aptas capiti, id eſt, Chriſto. Hæc verò ita eſſe, vel ex vno Iuſtiniani codice ſatis apparet. Nam Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodoſius, nunquam participant hæreticos Eccleſiæ nomen, ſed Eccleſiæ Catholicæ, Eccleſię nomen reſeruant, Hæreticorum ſunt illicitæ congregationes, Turbæ, Eruptiones factioſæ, ſic Impp. Theodoſius & Valentinianus, Hæreticorum audaciam arguunt, qui cœtus ſuos Eccleſiam nominitabant, hoc enim modo loquuntur: hæreticorum conuenticula, quæ ipſi Eccleſias nuncupare conantur, iidem Impp. hæreticorum non Eccleſias, ſed quàſi Eccleſias vocant. Impp. Valent. & Martianus, conuentus & conciliabula hæreticorum, non Συνάξεις, ſed παρασυνάξεις & conuenticula appellant. Iure etiam optimo Imperatores prohibuerunt ne hæretici Eccleſiæ & Chriſtianorum nomine abuterentur: Eccleſia enim nòn eſt nomen generis, vt in plures & contrarias ſpecies diffluat: ſed eſt nomen corporis, cuius forma eſt, vniuerſale eſſe, id eſt, vt ad vnum caput, id eſt, Chriſtum omnia vertantur, vnde concludo vni-

l.1. de ſumma Trin. & fid. Cat.

l.5. de hæret.

l.8. de hæret.

uerſitatem non eſſe notam Eccleſiæ.

Dixi nihil indoctius, quàm vnam tantùm agnoſcere Eccleſiæ Catholicæ ſignificationem, & ſparſam per omnes mundi partes congregationem dicere. O Muſæ Cyprianæ & Epiphaniæ hæc videtis & fertis! hoc τὸ καθόλου, quo de agitur, eſſentiam ſuam habet & rationem ab vnitate aliqua: Vniuerſalia enim omnia ſunt vnum. Inde Cyprianus nunquam Catholicum & vnum diuidit, *Eccleſiæ denique vniuerſæ per*
li.4. Ep.9. *totum mundum nobiſcum vnitatis vinculo copulatæ*, & paulò poſt: *Cum Eccleſia, quæ Catholica vna eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa, ſed ſit vtique cõnexa & cohærentium ſibi inuicem ſacerdotum glutino copulata.* Vnde vides Catholicum non ſubſiſtere ſine vnitate, & illa ipſa Eccleſia per vniuerſum orbem ſparſa ſine ἀνακεφαλαιώσει ad Chriſtum Catholica eſſe non poteſt. Atque ita vniuerſitas & vnitas non duæ eſſent notæ Eccleſiæ, ſed vna, Si quidem notæ eſſent. Quãdo natum ſit hoc attributum Eccleſiæ, liquido non conſtat mihi, ſcio in Symbolo Apoſtolorum contineri, ſed ſi Eccleſia etiam Apoſtolorum æuo Catholica erat, non erat Catholica, quia ſparſa per vniuerſum orbem. Nam tu ipſe, mi homo, ais, Raritatem, ſeu vt tu loqueris paucitatem, naſcentis Eccleſiæ notam eſſe potuiſſe, ſed vt plenè ſcias, Eccleſiam Catholicam non dici, quia ſit multitudo ſparſa per v-
lib.1.hær,1 niuerſum orbem, audi Epiphanium: *Si quis, inquit, pro veritatis ſtudio expendere velit, ſancta & Catholica Eccleſia principium omnium eſt,*

ex hoc

ex hoc nimirum ſcopo, Adam protoplaſtus formatus eſt, non circumciſus, ſed carne præputium habens, quomodo Catholica, id eſt, vt tu interpretaris, numeroſa, multa, ſparſa per vniuerſum orbem quæ vix adhuc nata? Deinde nónne vides Eccleſiam Catholicam dici Epiphanio, principium omnium, quia non circumciſionem Iudæorum ſed prẹputium Adami participamus? Hinc Fides præputij Catholica dicitur, quia ſemper fuit & ab incunabulis mundi. Prudentius de Hippolyto canit hoc modo,

Ne mirêre ſenem peruerſi dogmatis olim,
Munere ditatum Catholicæ fidei.

Quid, mi homo, cur fides dicitur Catholica, An quia fidem Catholicam Catholici homines, ſparſi per vniuerſum orbem, (ita enim vis) poſſident? diſſidet hoc à vero, quin potius Catholici homines dicuntur, quia fide Catholica ditantur. Sed quid inſulſius, imò quid indoctius, quàm τὸ καθολικὸν opponere, Paucitati? Multitudo, Porſane, opponitur paucitati non τὸ καθόλου, quod enim Catholicum eſt, verum eſt, æternum eſt & vnum, & tam paucitati hominum quàm multitudini communicari poteſt, vnde etiam clarius apparet neque paucitatem neque multitudinem notam eſſe Eccleſiæ, & qua ratione nota eſſe poſſet? Nam neque paucitas neque multitudo, vno religionis, doctrinæ & ſacramentorum vinculo connexa, nota eſſe poteſt Eccleſiæ: ſi enim multitudo vno Religionis, doctrinæ & ſacramentorum

vinculo, ſub vno paſtore vniuerſali in terra, Ieſum Chriſtum repræſentãte, connexa, nota eſſet Eccleſię, vt tu vis, Eccleſia Eccleſiam notaret. Nam quid multitudo illa tua aliud eſt quàm Eccleſia? Eccleſiæ. i. multitudinis illius notas quærimus, Tu reſpondes, multitudinẽ illam notam eſſe. O Ἀγχινοίαν tuam, Porſane, qua concludis: An ἀστόχως, tu videris, Multitudinem multitudinis, Eccleſiam Eccleſiæ, hoc eſt ſui ipſius notam eſſe!

Dixi nihil eſſe diſſolutius, quàm ab eo quo de agitur, ad nominis adrogationem, à nominis adrogatione, ad auctores hæreſeων, ab his ad paucitatem tranſilire. Circumſcripta linea tibi erat, intra quam pugnandum, nam quis dubitat quin illi, qui fidem orthodoxam tenent, Chriſtianorum Catholicorum nomen amplecti, reliqui dementes veſaníque, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere debeant? quid nobis teſtes adducis, vt hoc ipſum probes? Sozomenum teſtem quid interſeris? Nam lib. 6. cap. 18. non de Catholici nominis adrogatione agit, ſed de Athanaſij exceptione in Eccleſiam Alexãdrinam, & expulſione Arrianorum, poſt in domibus ignobilibus ſe colligentium. Quia tertiùm incidiſti in crimen falſi, lege Cornelia te & deportari & iſtiuſmodi tua bona publicari, vel potius lege Antiqua, te de Saxo deiici iubeo. Omnes Hæretici Chriſtiani eſſe deſierunt, Chriſti enim nomine amiſſo, humana & externa vocabula induerunt, vt qui Phryges Nouatiani, Valentiniani, Marcionitę: Anthro-

piani Arriani, ſeu quilibet alij nominantur. Imo & reſcripto Impp. Valent. & Theodoſij, inuritur gregalibus nomen auctoris hęreſeos, vt cuius ſcelus ſunt in deſerēdo Deū imitati, eius vocabulum iure eſſe videantur ſortiti. Nónne iuſtum hoc & dignum reſcriptum eſt? ſed nominare nos Lutheranos vel Caluiniſtas non debes: nemo enim noſtrûm, Porſane, Caluiniſta nominari amat, nemo noſtrûm aliam doctrinam quàm Ieſu Chriſti ſectatur. Iure non potes, nam Caluiniſmi damnati non ſumus, & Chriſtiani Catholici ſumus, quia fidem Chriſti tenemus. Vos eſtis Papiſtæ. Papa olim nomen erat commune omnibus Epiſcopis: docet hoc Epiphanius, nam Athanaſium Eccleſię Alexandrinæ Epiſcopum Papam nominat, ſed nomen hoc factum eſt peculiare, & Tyrannidis nomen. l.6.Co. de Her. hær.68.

Nam Reges in ipſos imperium eſt Papæ
Clari Phocæano triumpho,
Cuncta ſupercilio mouentis.

Præiudicium igitur nullum fit fidei Chriſtianę & doctrinæ orthodoxæ, neque à Caluino neque à Papa Romano. Doctrinam illam amplecti habemus, quæ cum literis fidei conſpirat, De nominibus Chriſtiani hominis, vel hæretici quæſtio nulla eſt, & quidquid ediſſertaſti, eſt οὐδὲν πρὸς ἔπος. Notæ enim Eccleſiæ quærũtur, non cognomina Hæreticorum.

De Vnitate.

EXercuiſti te, Porſane, & inſudaſti. Quid tandem modi futurum eſt Eccleſiæ notas

quærere? ludis nos tuo ludo, id eſt, ſophiſtico: Vnitatem quartam Eccleſiæ notam eſſe, & vnitatem illam conſiſtere in vnione membrorum vno vnius eiuſdémque fidei vinculo copulatorum. Ais, quam vnionem manifeſtari externo cultu & ſacramentis affirmas, quid eſt, Porſane, quod ſemper ſacrufices, nec vnquam lites? quia excors es, & exta tibi cæca ſunt. Aperta Deus amat, tenebris naturæ inuoluta quæ ſunt, odit: non enim dialogiſmis ſed prece pura de Cœlo Deus deducitur. Quælibet vnitas Eccleſiæ nota non eſt: ſed illa vnitas, quæ doctrinæ Chriſtianæ, quę ſacramentorum eſt, illa Eccleſiæ Chriſtianæ nota eſt ſecundum te? nonne, mi homo? Eccleſia Catholica vna eſt, corpus vnum eſt συνδέσμῳ vnius fidei & eorundem ſacramentorum, licet ex diſtantibus conſtans grex ſit: ſed, τὸ τί ἦν εἶναι & αἴτιον τοῦ ἑνὸς ſiue λόγος, vt loquitur Ariſtoteles, conſiderari debet; in omni enim genere ipſum vnum, aliqua natura eſt, quænam igitur cauſa eſt vnitatis Eccleſiæ Chriſtianæ? Spiritus Chriſti, Nónne Porſane? Multitudo illa Chriſtiana vnita Spiritu Dei & συμφύτῳ λόγῳ, quomodo oſtendit vnitam ſe eſſe, nónne quia, εἰσὶ οἱ πιστεύοντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει, καὶ τῇ κλάσει τῶν ἄρτων: τῇ διδαχῇ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου καὶ ταῖς προσευχαῖς hoc eſt Scripturarum διερμηνείᾳ & ſacramentorum adminiſtratione? ſi verò ita eſt, vt eſt, multitudinis illius Chriſtianæ, quæ vna eſt, Vnitas nota non eſt: quia vnitas internum quid eſt & ęternum. Nā

Act. cap. 1 & cap. 2.

Eccleſia

Eccleſia Chriſtiana cùm pronunciatur, Vna intellectui ſtatim repræſentatur. Nota verò cuiuſcumque rei, etiamſi inſeparabilis, externa tamen eſt: nota enim quaſi lapis eſt qui monſtrat viam ad vrbem; ſed ſi vnitas viam ad Eccleſiam monſtret, hoc eſt, Capitolium, vrbis partem præcipuam ſupremámque, quaſi lapidem ſtatuere, qui monſtret viam ad vrbem, mihi verò tam ignotum eſt Capitolium quàm vrbs ipſa. Eccleſiam Chriſtianam quæro, ſed quæ Catholica ſit, quæ vna, niſi enim talis, non eſt Eccleſia Chriſtiana. Tu autem notas conſtituere vis, quibus diſcernamus Eccleſiā Chriſtianam, & quæ nos certò ducant ad illam. Vnitas eiuſmodi nota non eſt. Aliud enim eſt Profiteri te vnum eſſe, aliud verò eſt vnum eſſe, Agros hos vel illos in cenſum referre, imò & te ipſum, Porſane, capite cenſere nemo poteſt, niſi edita profeſſione. Quis hominem in cēſum Chriſtianorum referre poſſit, qui Chriſtianum ſe non profiteatur? Omnis homo cēſetur Chriſtianus profeſſione doctrinę Chriſtianæ & ſacramentorum. Doctrinæ igitur Chriſtianæ Profeſſio, & ſacramentorum adminiſtratio pura, notæ ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ quæ vna eſt. Neſcio quid tibi animum prægrauet,

Atque affigat humi Diuinæ particulam auræ:

Nam vnitas & ab aliquo eſt, & quorundam, & alicuius rei. Eſt enim aliquid quod vnit, quos vnit, & in aliqua re vnit, vnitas eſt à ſpiritu Dei, de qua dictum nobis, eſt multitudinis ſeu

hominum Chriſtianorum, de quibus Audi Cyprianū: *Vbicumque fuerint duo aut tres collecti in nomine meo, ego cum eis ſum, oſtendens non multitudini ſed vnanimitati deprecantium plurimum tribui: ſi duobus, inquit, ex vobis conuenerit in terra, vnanimitatem prius poſuit, concordiam pacis ante præmiſit, vt conueniat nobis fideliter & firmiter, iuſſit.* Non quælibet igitur vnitas, Chriſtiana vnitas eſt, ſed vnanimis, & quæ, vt ſupra dixit, ὁμοθυμαδὸν προσκαρτερεῖ τῇ προσευχῇ. Hactenus vnitas eſt ignota & nota Eccleſię eſſe non poteſt, ſed quando multitudo vnita eſt, eodémque doctrinæ & ſacramentorum vinculo continetur, non δυνάμει & vi multitudinis & vnitatis, vnitas illa nota & ſignum eſt Eccleſiæ, ſed vi & ἐνεργείᾳ cultus externi. Doctrina igitur oſtendit vnitatem, non vnitas Doctrinam & ſacramenta. Perſpicua res eſt ex Tertulliano, *Nam quomodo duorum vna ſentētia eſt, veritas vna eſt, fides vna eſt, vna atque eadem religio eſt, vnus etiam Dei timor, vnum ſunt etiam ſi duo ſint, ipſum ſunt, dum ipſum ſapiunt. Etenim quos perſonæ ratio inuicem diuidit, eoſdem rurſus inuicem religionis ratio conducit.* Quid Multa? vnitas conſtat ex vniente, vnitis & re in qua vniuntur. Res autem eſt Doctrina fidei & ſacramenta, quæ ſemper indicant ſui participes. Neque aliam. Hippolytus apud Prudentium Eccleſiæ notam tradit, quàm doctrinam Apoſtolorum, ait enim,

li.6.de ſimplicitate.

lib.de Trinit.

Lib. περὶ στεφ.

Fugite ô Miſeri execranda Nouati
Schiſmata Catholicis reddite vos populis,

Vna

Vna fides vigeat priſco quæ condita templo eſt,
Quam Paulus retinet, quámque Cathedra Petri.

Sic & mihi hæc conſcribenti ſub manu natum hoc quidquid eſt diſtichi erupit,

O Papa, Doctrinæ, & vitæ te redde priori,
Sic nobis te, ſic nos tibi reddideris.

Quomodo fugite! ſi quo confugiendum eſſet & quare, non oſtenderet. Confugite ait ad Catholicos populos, illi enim vnam fidem Pauli & Petri retinent. Concludo, Porſane, illas quatuor notas nos habere & poſſidere, ſiquidem eo ſignificatu accipiantur, quo veritas accipi debere cogit. Nã ſcito nihil nobis antiquius eſſe quàm auctoritatem doctrinæ: neminem potiore iure aream Domini poſſidere quàm qui ex teſtamento & ſucceſſu doctrinæ poſſidet: Nihil Catholicum magis quàm veritatem, nihil verius quàm Doctrinam Chriſtianam apud nos haberi: nullam eſſe hominum inter ſe vnitatem arctiorem quàm quæ doctrinæ Chriſtianæ vinculo coarctatur & deuincitur. Lactantius, qui dedita opera ſcribit de notis Eccleſiæ Catholicæ, illas tuas quatuor notas non agnoſcit. Agnoſce tu & verba & notas Lactantij: *Sed tamen quia ſinguli quique Cœtus hæreticorum, ſe potiſſimum Chriſtianos, & ſuam eſſe Catholicam Eccleſiam putant, ſciendum eſt illam eſſe veram in qua eſt Confeſſio & Pœnitentia, quæ peccata & vulnera quibus ſubiecta eſt imbecillitas carnis, ſalu-* Inſt. diui. c.3 o. lib. 4

briter curat. Quæ notæ à noſtris non multum diſſident, vt ex ipſo Lactantio colligere eſt, à veſtris ſeditionem faciunt, aut potius veſtræ ab iſtis. Neminem ſibi oportet pertinaci concertatione blandiri, agitur enim de vita & ſalute, cui niſi cautè ac diligenter conſulatur, amiſſa & extincta erit. Itaque, Porſane, Sancti Petri

Secundâ

Ratem occupare quid moraris alite?

IS. CH.

ISAACI CHEIRONI RESPONSIO CATHOLICA AD TERTIAM PORSANI ADmonitionem.

De ſacra Scriptura.

TOlle monere, Porſane, id enim nobis fixum, ratúmque eſt, vt qui cum imperio eſt & cum auctoritate ſacrarum Scripturarum, edicta proponere poſſit & priora rumpere. Elementa igitur hæc pauca quibus te regas & ſoleris, Tibi trado contra. Primum Elementum eſt, non omnes ſcripturas pari ſanctitate & auctoritate cenſeri. Vide ſis Cyprianum, qui libros omnes enumerat quos patres intra canonem concluſerunt, ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt, & hoc modo excipit. Sciēdum tamē eſt quod & alij libri ſunt qui non Canonici, ſed Eccleſiaſtici à maioribus appellati ſunt, vt eſt Sapiētia Salomonis, & alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach, qui liber apud Latinos hoc ipſo generali vocabulo Eccleſiaſti- Expoſ. In Symb. Ap.

ti mendacio, quid eſt alienius ab officio interpretis quàm Pauli illud: *Qui in carne eſt, placere Deo non poteſt*, ad matrimonium referre? qui coniuncti ſunt lege marita & ritu Chriſtiano vobíſne, O Papiſtę, videntur eſſe in carne? ô inofficioſum officium!

Ac ne te retrahas & inexcuſabilis abſis

Quid eſt, mi homo, quòd te in tantum vanitatis induxerit, vt mancum diabolum in eo putes, quòd mancum ſcripturæ locum produxerit? Túne iuris diuini prudentior Chriſto? Túne melius reſponſares diabolo & reſponderes? ſui ſcilicet parte aliqua reſpõſum Chriſti deficit? Chriſtus ſcripturam ſcripturâ interpretatus eſt, Tu ſcilicet cautior reſpondiſſes diabolo, inciuile eſſe niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare vel reſpondere, ô ſcripturę ſacræ cautũ Luciferum! Quid, miſelle Porſane, etiamſi diabolus addixiſſet, *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis*, nónne ſemper remanebat vis argumentationis diabolicæ, imo maior? nam Diabolus ita argutabatur, Si tu es filius Dei, βάλε σεαυτὸν κάτω, nam te angeli ſeruabunt, vel ipſe te ſeruabis, Scriptum enim eſt, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. nónne pari argumentatione abutebantur in Chriſtum cruci ſuffixum, prætereuntes, ſacerdotes, ſcribæ, ſeniores? fungar tibi vice magiſtri, Porſane, dictatum hoc accipe. Integritas loci citati cenſetur vi & ἐνεργείᾳ argumentationis non verborum ſerie & filo: id eſt, virtutem & mentem loci, non

nudum verborũ corticem inſectari debemus. Quamquam vellem, & vtinam patres id coniuraſſent omnes, vt quod olim familiis philoſophorum, nunc Chriſtianæ familiæ de more eſſet,

Vnius addicta iurare in verba Magiſtri.

ALterum tuum præceptum eſt: Quando fideliter vtrinque citatur locus ſcripturæ, & diſputatur de loci intelligentia, Omniũ interpretationum optima illa eſt, quæ κατ̀ πόδας eſt, dummodo nulla abſurditas inde enaſcatur: adde, mi homo, & contrarietas, quid enim tam abſurdum, quàm quod contrarium? Adde, optima illa eſt interpretatio, quæ aliis ſcripturæ locis fit. Quænam etenim interpretatio melior, quàm quæ fit collatione locorũ? ſic locos illos ſcripturæ quos Satanas in Chriſtum induxit Chriſtus aliis ſcripturæ locis interpretatus eſt. Terra tot fontibus haud ſcatet, prata tot herbis haud conueſtiuntur, quot abſurditatibus ſcatet, & circumueſtitur cõtrarietatibus Tranſſubſtantiatio Papiſtica. De multis pauca hæc delibo, Abſurditas inſanum magna hæc eſt, Porſanc, & quam tibi afflauit nouum Sidus Ieſuiticum, ſic enim obloqueris formulæ ſacramentali, panis non eſt Corpus Chriſti, ſed id quod verum Corpus eſt, eſt corpus Chriſti. Identica eſt hæc propoſitio atque ideo abſurda, nam (*hoc*) vel demonſtratiuum eſt vel articulus. Articulus eſſe non poteſt, Græci enim ſermonis norma id non

patitur.

patitur, vt τῶτι ſit articulus: ſi demonſtratiuũ eſt, vel demonſtrat panem, vel corpus Chriſti: Demonſtrare panem non vis, demonſtrat igitur corpus Chriſti: ſed demonſtrare corpus Chriſti abſurdum eſt, nam iſto modo Chriſtus ſeipſum monſtrabat, & paſſus erat antequam pateretur, nam ait Chriſtus, *hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* quid? traditum erat antequam traderetur? & corporis Chriſti ſanguis effuſus erat, antequam effunderetur? & nunc effunditur qui ſemel effuſus eſt? & fit αἱμαςόμωσις venarum Chriſti vt vinum tranſſanguinetur? O lucroſę & ſanguinantis opinionis vſum Papiſticum, & malis moribus ritibúſque natum! Abſurditas & in hoc magna eſt & ἀδύνατος, ſi Tranſſubſtantiatio eſſet, Corpus Chriſti & ſanguis Chriſti eſſent pluribus in locis, & quod vnum & idem eſt cum corpore ſuo in plures & diuerſas partes diffiueret, àque ſuo corpore ſepararetur, nempe ſanguis, quod abſurdum & impoſſibile eſt. At ratione ſuppoſiti diuini, vt loquuntur Scholaſtici, abſurdum non eſt, ſed ſi ratione ſuppoſiti pluribus in locis eſſe poſſet, vbique etiam eſſe poſſet ratione ſuppoſiti: Diuinitas enim vbique eſt. Sed vtrumque abſurdiſſimum eſt. Duo autem corpora fuiſſe in eodem loco falſiſſimum eſt, & quod allegas de Virgineæ vuluæ penetratione, impiiſſimum & hæreticum ex Tertulliani ſententia, Omne enim Maſculinum adaperiẽs vuluam ſanctum vocabitur Domino, quis verè Sanctus quam Dei filius? quis propriè vuluam

lib. de carne Chriſti.

adaperuit quàm qui clauſam patefecit? Sed vt ego tibi reſpondeam ad illam tuam corporum penetrationem, hoc te ſcire oportet inprimis, Apoſtolicæ enim doctrinæ conſonum eſt: primum autem quod te ſcire oportet eſt, quòd Corporum glorioſorum momentaneæ ſunt actiones, Christus enim ἄφαντος ἐγένετο ἀπὸ μαθητῶν,
Luc. 24. 31. ſed etiam ſi puncto tempore Corpus glorioſum Pontum peruolet, ab oriente in occidentem perueniat, non tamen quando in oriente eſt, ſimul & in occidente eſt. Secũdum quod te ſcire oportet, eſt, quòd Omnia cedunt corpori glorioſo & beatæ creaturæ, ſic Angelo & Petro Porta ferrea αὐτομάτη aperta eſt, ex ſa-
Act. 12. 10 cra pagina aliud quod nunc colligam non habeo & amplius poſco. ſed in tui gratiam etiam hoc pronunciabo, Porſane, Corpus glorioſum omnia peruia ſibi facit, vel facere poteſt, etiam

adamantina ſaxa,
Et validos ſilices, ac duri robora ferri,
Æraque quæ clauſtris reſtantia vociferantur.

Iſta & miraculo ſunt & naturæ corporum non repugnant, Ergo & probabiliora iis quæ contradictionem gignunt, vel τὸ ἀδύνατον vel abſurditatem: ſed non eſt quamobrem ſolliciti ſimus & hoc vel illo modo fieri pronunciemus, inperſcrutabiles enim viæ Domini. Interea ſi quid ruſpandum eſſet, piè poſſemus pronunciare & ianuam cœnaculi, & lapidem ſepulchri Ceſſiſſe corpori glorioſo: vel facta fuiſſe peruia, quid enim neceſſe fuit duo corpora eſſe ſimul?

ſe ſimul? Non modo igitur non eſt abſurdum, ſed impoſſibile, ſed falſiſſimum, duo corpora eſſe ſimul : Abſurdum, impoſſibile,& falſiſſimum, quia quod liquidò conſtat, ex ſacra ſcriptura hoc te docui ,Porſane, quod verò non liquet ex eadem, de liquare nihil eſt neceſſe. Impoſſibile autem eſſe dico, quia tu penetrationem ianuæ & lapidis ſepulchralis,argumento eſſe ais,non eſſe impoſſibile duo corpora ſimul eſſe : & vt poſſibilitatem hanc probes vis dari tibi quod in quæſtionem venit,ſed ſi quęrendum eſſet, quà potuit corpus Chriſti tranſire ianuis clauſis, & ſepulchro clauſo, nónne ſine τῷ ἅμα.

Interſepta meant voces, & clauſa domorum
Tranſuolitant? rigidum permanat frigus ad
oſſa?

Impoſſibiléne fuit Chriſto & corpori glorioſo tranſire lapidem & ianuam, ſine τῷ ἅμα corporum? aut ipſa αὐτομάτη aperta & reuoluta eſſe?

De Corruptione Scripturæ.

SVmmi noſtri prætoris Ieſu Chriſti album corruptum eſſe conquereris,Porſane, Iuréne an iniuria ex tuo libello iudicabunt omnes. Concedis enim adiici aliquid ſcripturis poſſe, dummodo repugnãs ſcripturę non ſit, id quod adiicitur. Doce igitur quid repugnans adiectum ſit ſcripturæ, nam (τὸ longè) vide an iure expungi velis, Tu enim qui græcè te ſcire ſæpius gloriatus es, qui etiam ſupra omnis literaturę Petrum Fabrum Saniorianum græcè ſcire

te iactaſti, verbum verbo redde mihi quid ὑ-
Ad Eph.4. 10. περάνω ſit illo Pauli loco quem tu corruptũ clamas: ὁ καταβὰς, αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς, ὑπεράνω πάντων τῶν οὐρανῶν, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα: ὑπὲρ, ait Doctiſſimus ille Beza, ſuum pondus habet, vt intelligamus Chriſtum non ſimpliciter, ſed infinitis partibus excellere: ſed oppido quàm es in literarum oſtentatione ineptus & friuolus, Pœnã Senatuſconſulti Turpilliani in quod incidiſti remitto, ignorantiâ enim, errore, & inconſulto calore, Miniſtros verbi calumniatus es: Ne igitur in poſterum miniſtros verbi temere albi corrupti accuſes, diſce hunc ab Auguſtino Canonem: *Ut veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda eſt: ita Nouorum veritas Græci ſermonis Normam deſiderat.* 9. diſtinct. c. vt vet.

De Αὐταρκεία *Scripturæ ſacræ.*

SAcræ literę continent quidquid ad ſalutem facit. Audi Paulum τὰ ἱερὰ γράμματα ſunt τὰ δυνάμενα σοφίσαι εἰς σωτηρίαν, διὰ πίστεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quidquid credere nos oportet & neceſſe eſt, ſcriptis prophetarum & Apoſtolorum mandatum eſt. Tu cum Valentiniano, cum Marcione, cum Montano, cum Anabaptiſtis id negas. Paracletum ſcilicet Montanus tibi & tuis tradidit, vt ſciretis quid ſupra ſcripturas credendum eſſet, & Paracletus plura in vobis dixit, quàm Chriſtus in Euangelium protulit, nec tantum plura ſed etiam meliora atque maiora. Tu igitur, Porſane, κατὰ Montanum es, Ad. Timo. c. 3.

non

non κατ' Matthæum, non κατ' Paullum. Multa tradita ſunt, quæ ad vſque tempora peruenerunt, quæ ſcriptis Apoſtolicis non continentur, vt illud eſt, ais, de baptiſmate paruulorũ, de diei Sabbathi in DiemDomini ſuffectione, & ſubſtitutione, de virgine Maria etiam poſt partum virgine. Paracletus tuus, Porſane, nihil noui tibi reuelauit: Scimus enim, etiã Tertulliano tacente, harum & aliarum eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtulemus ſcripturarum, nullam inueniri, Traditionem prætendi auctricem, conſuetudinem confirmatricem, & fidem obſeruatricem, Rationem Traditioni, conſuetudini, Fidei, patrocinaturam. Quid ſi ratio non patrocinetur traditioni? & mali plus importet in Eccleſiam quàm boni Traditio, nónne tolletur? nonne Fides, Conſuetudo, traditio, rationi cedet? Traditiones omnes Papiſticas ab Eccleſia eliminauimus, quia non modò ratio non patrocinabatur, ſed è contra Paracletus & ſcripta Apoſtolica iubebant eliminari. Ratio igitur, vt Tertulliani opinio eſt, Traditioni patrocinari debet: Præterea cùm dicimus, Apoſtolos ſcriptis mandaſſe quidquid credere nobis eſt neceſſe, vt ſalutem adipiſcamur, de Articulis fidei loquimur, non de diſciplinis, non de traditionibus, quas etiam ſi quis non credat, propterea non damnabitur. Tu qui vnus omnium es, optimè qui volumina Patrum euoluiſti, & qui perpetuam Eccleſiæ Traditionem eſſe ais, Doce baptiſma paruulorum celebrari ſolitum Ter-

briter curat. Quæ notæ à noſtris non multum diſſident, vt ex ipſo Lactantio colligere eſt, à veſtris ſeditionem faciunt, aut potius veſtræ ab iſtis. Neminem ſibi oportet pertinaci concertatione blandiri, agitur enim de vita & ſalute, cui niſi cautè ac diligenter conſulatur, amiſſa & extincta erit. Itaque, Porſane, Sancti Petri

Ratem occupare quid moraris alite?

I S. C H.

ISAACI CHEIRONI
RESPONSIO CATHOLICA AD TERTIAM PORSANI ADmonitionem.

De ſacra Scriptura.

TOlle monere, Porſane, id enim nobis fixum, ratúmque eſt, vt qui cum imperio eſt & cum auctoritate ſacrarum Scripturarum, edicta proponere poſſit & priora rumpere. Elementa igitur hæc pauca quibus te regas & ſoleris, Tibi trado contra. Primum Elementum eſt, non omnes ſcripturas pari ſanctitate & auctoritate cenſeri. Vide ſis Cyprianum, qui libros omnes enumerat quos patres intra canonem concluſerunt, ex quibus fidei noſtræ aſſertiones conſtare voluerunt, & hoc modo excipit. Sciẽdum tamẽ eſt quod & alij libri ſunt qui non Canonici, ſed Eccleſiaſtici à maioribus appellati ſunt, vt eſt Sapiẽtia Salomonis, & alia Sapientia quæ dicitur filij Syrach, qui liber apud Latinos hoc ipſo generali vocabulo Eccleſiaſti- Expoſ. In Symb. Ap.

ti mendacio, quid eſt alienius ab officio interpretis quàm Pauli illud: *Qui in carne eſt, placere Deo non poteſt*, ad matrimonium referre? qui coniuncti ſunt lege marita & ritu Chriſtiano vobíſne, O Papiſtę, videntur eſſe in carne? ô inofficioſum officium!

Ac ne te retrahas & inexcuſabilis abſis

Quid eſt, mi homo., quòd te in tantum vanitatis induxerit, vt mancum diabolum in eo putes, quòd mancum ſcripturæ locum produxerit? Túne iuris diuini prudentior Chriſto? Túne melius reſponſares diabolo & reſponderes? ſui ſcilicet parte aliqua reſpõſum Chriſti deficit? Chriſtus ſcripturam ſcripturâ interpretatus eſt, Tu ſcilicet cautior reſpondiſſes diabolo, inciuile eſſe niſi tota lege perſpecta, vna aliqua particula eius propoſita iudicare vel reſpondere, ô ſcripturę ſacræ cautũ Luciferum! Quid, miſelle Porſane, etiamſi diabolus addixiſſet, *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis*, nónne ſemper remanebat vis argumentationis diabolicæ, imo maior? nam Diabolus ita argutabatur, Si tu es filius Dei, *βάλε σεαυτὸν κάτω*, nam te angeli ſeruabunt, vel ipſe te ſeruabis, Scriptum enim eſt, ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. nónne pari argumentatione abutebantur in Chriſtum cruci ſuffixum, prætereuntes, ſacerdotes, ſcribæ, ſeniores? fungar tibi vice magiſtri, Porſane, dictatum hoc accipe. Integritas loci citati cenſetur vi & ἐνεργείᾳ argumentationis non verborum ſerie & filo: id eſt, virtutem & mentem loci, non

nudum verborũ corticem inſectari debemus. Quamquam vellem, & vtinam patres id coniuraſſent omnes, vt quod olim familiis philoſophorum, nunc Chriſtianæ familiæ de more eſſet,

Vnius addicta iurare in verba Magiſtri.

ALterum tuum præceptum eſt: Quando fideliter vtrinque citatur locus ſcripturæ, & diſputatur de loci intelligentia, Omniũ interpretationum optima illa eſt, quæ κατὰ πόδας eſt, dummodo nulla abſurditas inde enaſcatur: adde, mi homo, & contrarietas, quid enim tam abſurdum, quàm quod contrarium? Adde, optima illa eſt interpretatio, quæ aliis ſcripturæ locis fit. Quænam etenim interpretatio melior, quàm quæ fit collatione locorũ? ſic locos illos ſcripturæ quos Satanas in Chriſtum induxit Chriſtus aliis ſcripturæ locis interpretatus eſt. Terra tot fontibus haud ſcatet, prata tot herbis haud conueſtiuntur, quot abſurditatibus ſcatet, & circumueſtitur cõtrarietatibus Tranſſubſtantiatio Papiſtica. De multis pauca hæc delibo, Abſurditas inſanum magna hæc eſt, Porſane, & quam tibi afflauit nouum Sidus Ieſuiticum, ſic enim obloqueris formulæ ſacramentali, panis non eſt Corpus Chriſti, ſed id quod verum Corpus eſt, eſt corpus Chriſti. Identica eſt hæc propoſitio atque ideo abſurda, nam (*hoc*) vel demonſtratiuum eſt vel articulus. Articulus eſſe non poteſt, Græci enim ſermonis norma id non patitur.

patitur, vt τοῦτο ſit articulus: ſi demonſtratiuũ eſt, vel demonſtrat panem, vel corpus Chriſti: Demonſtrare panem non vis, demonſtrat igitur corpus Chriſti: ſed demonſtrare corpus Chriſti abſurdum eſt, nam iſto modo Chriſtus ſeipſum monſtrabat, & paſſus erat antequam pateretur, nam ait Chriſtus, *hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur.* quid? traditum erat antequam traderetur? & corporis Chriſti ſanguis effuſus erat, antequam effunderetur? & nunc effunditur qui ſemel effuſus eſt? & fit ἀναστόμωσις venarum Chriſti vt vinum tranſſanguinetur? O lucroſę & ſanguinantis opinionis vſum Papiſticum, & malis moribus ritibúſque natum! Abſurditas & in hoc magna eſt & ἀδύνατος, ſi Tranſſubſtantiatio eſſet, Corpus Chriſti & ſanguis Chriſti eſſent pluribus in locis, & quod vnum & idem eſt cum corpore ſuo in plures & diuerſas partes diffiueret, àque ſuo corpore ſepararetur, nempe ſanguis, quod abſurdum & impoſſibile eſt. At ratione ſuppoſiti diuini, vt loquuntur Scholaſtici, abſurdum non eſt, ſed ſi ratione ſuppoſiti pluribus in locis eſſe poſſet, vbique etiam eſſe poſſet ratione ſuppoſiti: Diuinitas enim vbique eſt. Sed vtrumque abſurdiſſimum eſt. Duo autem corpora fuiſſe in eodem loco falſiſſimum eſt, & quod allegas de Virgineæ vuluæ penetratione, impiiſſimum & hæreticum ex Tertulliani ſententia, Omne enim Maſculinum adaperiẽs vuluam ſanctum vocabitur Domino, quis verè Sanctus quam Dei filius? quis propriè vuluam lib. de carne Chriſti.

adaperuit quàm qui clauſam patefecit? Sed vt ego tibi reſpondeam ad illam tuam corporum penetrationem, hoc te ſcire oportet inprimis, Apoſtolicæ enim doctrinæ conſonum eſt: primum autem quod te ſcire oportet eſt, quòd Corporum glorioſorum momentaneæ ſunt actiones, Christus enim ἄφαντος ἐγένετο ἀπὸ μαθη-
Luc.24.31. τῶν, ſed etiam ſi puncto tempore Corpus glorioſum Pontum peruolet, ab oriente in occidentem perueniat, non tamen quando in oriente eſt, ſimul & in occidente eſt. Secũdum quod te ſcire oportet, eſt, quòd Omnia cedunt corpori glorioſo & beatæ creaturæ, ſic Angelo & Petro Porta ferrea αὐτομάτη aperta eſt, ex ſa-
Act. 12.10 cra pagina aliud quod nunc colligam non habeo & amplius poſco. ſed in tui gratiam etiam hoc pronunciabo, Porſane, Corpus glorioſum omnia peruia ſibi facit, vel facere poteſt, etiam

adamantina ſaxa,
Et validos ſilices, ac duri robora ferri,
Æraque quæ clauſtris teſtantia vociferantur.

Iſta & miraculo ſunt & naturæ corporum non repugnant, Ergo & probabiliora iis quæ contradictionem gignunt, vel τὸ ἀδύνατον vel abſurditatem: ſed non eſt quamobrem ſolliciti ſimus & hoc vel illo modo fieri pronuncientus, inperſcrutabiles enim viæ Domini. Interea ſi quid ruſpandum eſſet, piè poſſemus pronunciare & ianuam cœnaculi, & lapidem ſepulchri Ceſſiſſe corpori glorioſo: vel facta fuiſſe peruia, quid enim neceſſe fuit duo corpora eſſe ſimul?

ſe ſimul? Non modo igitur non eſt abſurdum, ſed impoſſibile, ſed falſiſſimum, duo corpora eſſe ſimul : Abſurdum, impoſſibile,& falſiſſimum, quia quod liquidò conſtat, ex ſacra ſcriptura hoc te docui ,Porſane, quod verò non liquet ex eadem, deliquare nihil eſt neceſſe. Impoſſibile autem eſſe dico, quia tu penetrationem ianuæ & lapidis ſepulchralis,argumen to eſſe ais,non eſſe impoſſibile duo corpora ſimul eſſe : & vt poſſibilitatem hanc probes vis dari tibi quod in quæſtionem venit,ſed ſi quęrendum eſſet,quà potuit corpus Chriſti tranſire ianuis clauſis, & ſepulchro clauſo , nónne ſine τῷ ἅμα

Interſepta meant voces , & clauſa domorum
Tranſuolitant? rigidum permanat frigus ad
oſſa?

Impoſſibiléne fuit Chriſto & corpori glorioſo tranſire lapidem & ianuam,ſine τῷ ἅμα corporum? aut ipſa αὐτομάτη aperta & reuoluta eſſe?

De Corruptione Scripturæ.

SVmmi noſtri prætoris Ieſu Chriſti album corruptum eſſe conquereris,Porſane, Iuréne an iniuria ex tuo libello iudicabunt omnes. Concedis enim adiici aliquid ſcripturis poſſe, dummodo repugnãs ſcripturę non ſit,id quod adiicitur. Doce igitur quid repugnans adiectum ſit ſcripturæ, nam (τὸ longè) vide an iure expungi velis, Tu enim qui græcè te ſcire ſæpius gloriatus es,qui etiam ſupra omnis literaturę Petrum Fabrum Saniorianum græcè ſcire

non κατὰ Matthæum, non κατὰ Paullum. Multa tradita ſunt, quæ ad vſque tempora peruenerunt, quæ ſcriptis Apoſtolicis non continentur, vt illud eſt, ais, de baptiſmate paruulorũ, de diei Sabbathi in Diem Domini ſuffectione, & ſubſtitutione, de virgine Maria etiam poſt partum virgine. Paracletus tuus, Porſane, nihil noui tibi reuelauit: Scimus enim, etiã Tertulliano tacente, harum & aliarum eiuſmodi diſciplinarum ſi legem expoſtulemus ſcripturarum, nullam inueniri, Traditionem prætendi auctricem, conſuetudinem confirmatricem, & fidem obſeruatricem, Rationem Traditioni, conſuetudini, Fidei, patrocinaturam. Quid ſi ratio non patrocinetur traditioni? & mali plus importet in Eccleſiam quàm boni Traditio, nónne tolletur? nonne Fides, Conſuetudo, traditio, rationi cedet? Traditiones omnes Papiſticas ab Eccleſia eliminauimus, quia non modò ratio non patrocinabatur, ſed è contra Paracletus & ſcripta Apóſtolica iubebant eliminari. Ratio igitur, vt Tertulliani opinio eſt, Traditioni patrocinari debet: Præterea cùm dicimus; Apoſtolos ſcriptis mandaſſe quidquid credere nobis eſt neceſſe, vt ſalutem adipiſcamur, de Articulis fidei loquimur, non de diſciplinis, non de traditionibus, quas etiam ſi quis non credat, propterea non damnabitur. Tu qui vnus omnium es, optimè qui volumina Patrum euoluiſti, & qui perpetuam Eccleſiæ Traditionem eſſe ais, Doce baptiſma paruulorum celebrari ſolitum Ter-

tulliani æuo, doce ex Tertulliani ſcriptis & ex iis qui retro ſunt ſcriptoribus. Nónne fuerunt etiam in Eccleſia Romana qui penè vltimum vitæ diem expectarunt, vt baptizarentur, nati qui erant in Eccleſia? Sed ne Traditiones multæ & infinitæ inuehantur in Eccleſiam, Euangeliſtarum quadriiugo iugo ſponte nos & lubenter ſubiugamus, Paracletum non agnoſcimus niſi cum ſcriptis Apoſtolicis conſentientem, ſiue de diſciplinis & traditionibus, ſiue de articulis Fidei agatur. De his quæri inter nos nefas eſſe ducimus, de illis quæri poſſe putamus, ſed εἰς τὸ περιεργεῖν, ſed ad ædificationē Eccleſiæ. Scripta Euangeliſtarum & Apoſtolorū eſſe ſancta, Manichæi & hac ætate Anabaptiſtę non credunt, neque illa recipiunt. Tu verò, Porſane, quæris, ſi quæcumque credi debent, tradita ſunt ſcriptis Apoſtolicis, cur Anabaptiſtæ non credunt, Manichæi cæteríque non crediderunt? Paracletus tuus, ὁ κατὰ Montanum, παραλογίζει, negare enim ſcripta Euangelica, eſt poſtulare & principia negare, imò eſt negare Deum, Chriſtum & Spiritum ſanctum, nam cùm nos enunciamus quidquid credi oportet comprehendi ſcriptis Apoſtolicis & Euangelicis, ſcripta Apoſtolica & ſancta tanquā ἀρχὰς & poſtulata nobis data præſupponimus: ſed ſi iſta quæ tu nobis, eadem tibi & tuis obiicerentur, quomodo probares tu Scripta Apoſtolica ſancta eſſe, & non eſſe corrupta? è patrum ſcriptis non poſſes, non poſſes auctoritate Eccleſiæ: nam non plus fidei adhiberent

Anabaptiſtę auctoritati Eccleſię & patriis ſcriptis, quàm Apoſtolicis. In caſſum igitur laboras, vt hac ratione inducas in animum noſtrũ penes Patres eſſe interpretationem Scripturæ. Melius nos qui inſcendimus quadrigas Euangeliſtarum, vt vehamur ad Ieruſalem, qui in mundum & in acta Apoſtolorum acta noſtra referimus: qui Pauli, Petri, Iacobi, Ioannis, Iudæ, Epiſtolas nobis miſſas legimus: qui vna Ioannis Apocalypſi contenti ſumus, tuas tuorumque monachorum reſpuimus. Patribus autem credimus, ſed ſi conſpirent cum literis fidei. Attende, Porſane, ad iſta Tertulliani, *Solent dicere nõ omnia Apoſtolos ſciſſe, eadem agitati dementia qua rurſus conuertunt, omnia quidẽ Apoſtolos ſciſſe, ſed non omnia omnibus tradidiſſe, in vtroque Chriſtum reprehenſioni ſubiicientes, qui aut minus inſtructos aut parum ſimplices Apoſtolos miſerit: quis enim integræ mentis credere poteſt, aliquid eos ignoraſſe quos magiſtros Dominus dedit indiuiduos habitos in comitatu, in diſcipulatu, in conuictu, quibus obſcura quæque ſeorſim diſſerebat, illis dicens datum eſſe cognoſcere arcana, quæ populo intelligere non liceret?* lib. de præſcript. Nónne ſolẽt & Papiſtæ idem dicere, non omnia Apoſtolos omnibus tradidiſſe? aut ſi tradiderunt, Cur purgatorium Græcis Eccleſiis non tradiderunt? Cur Tertullianus conſtituit omnem tam proborum quàm reproborum animam apud inferos ſequeſtrari in diẽ Domini, ſi purgatoriũ traditum credebatur? ſed quis Papiſtarum eſt, Porſane, qui audeat vel hiſcere imagines tem- lib. de Anima.

illam loci Purgatorij? *Catholicum* eſt Vincentio Lyrinenſi, *quod ſemper obſeruatum eſt, quod vbique, quod ab omnibus.* Traditio purgatorij & imaginum non ſemper fuit obſeruata, quia Petri & Pauli æuo ad Tertulliani æuum, nulla purgatorij loci ædificatio, nulla imaginũ conſecratio perpetrata fuit. Non vbique, quia Africa ętate Tertulliani neque Purgatorium neque imagines nouit. Nõ ab omnibus, quia nec Tertullianus, nec hodie Purgatorium eſſe credit Eccleſia Græca. Sed quando Mẽtionem fecimus ædololatrias, pergamus in ea ex hominum mentibus eradicanda. Fieri ſolet, Porſane, vt qui negotia ſiue ſua ſiue aliena malè gerat,

Interdicto huic omne adimat ius
Prætor, & ad ſanos abeat Tutela propinquos.

Interdiximus vobis, & Prætorum ille prætor Dominus noſter edixit, vti poſſidetis ita poſſideatis. Nam quales hactenus fuerunt Æditui Papiſtę? vnde iſti Sancti inquilini: qui domum Domini inhabitant, quam Dominus ſibi ſoli ædificandam curauerat? quo iure beatæ Marię, Petro, Paulo, Ioanni, cæteríſque Sanctis domũ Domini locaſtis? procurate vt migrent iſti inquilini, propriis enim vſibus Dominus domũ neceſſariam habet: aut proferte mandatum locationis, Agite, vbinam eſt mandatum Domini? vbinam eſt mandatum inædificationis purgatorij loci, limbi, tranſſubſtantiationis, imaginum, conſecrationis ſanctorum, imaginúmque adorationis? Exhibete mandatum, procu-

ratores, vt verba recitentur, fines mandati exceſſiſtis, & optimo iure Dominus Procuratores ſuos mutauit, Repoſcéſne, Porſane, vt indicemus quænam ſint inuecta & inlata in Domum Domini? Poſcéſne dogmata, Auctores, quo tempore inuecta, oppugnatores, vt admonitione ſecunda facis? Agamus de Tripertita Adorationis diſtinctione de qua agis Reſponſione ad Falguerolum, Pag. 48. gratiam enim faciet nobis eloquentiſſimus & doctiſſimus verbi Miniſter Falguerolus, neque illius ingratiis in ſuam meſſem falcem noſtram immitemus.

De latria, dulia, hyperdulia.

ILle ego, Porſane, cuius in pectus demittere non potuiſti

Tripectoram Tergemini vim Geryonai,

hoc eſt Trimembre illud monſtrum λατρείας, δουλείας, ὑπερδουλείας: quod quis genuerit, quo tempore, nobis non incumbit probatio, vulgo enim conceptum eſt, & patrem demonſtrare non poteſt, vel ſi poteſt, eum habet quem habere non licet. Chriſtus partum illum non agnoſcit, neque eſt aliquid in promptuario Apoſtolico vnde ſe exhibeat. Præfocandum igitur & abiiciendum. Deprompſti ex Auguſtino aliquid vnde exhibereshoc monſtrum: imò & lubenter denunciares Auguſtinum patrem eſſe monſtriferi & expoſiti huius partus: ſed

lib. de Trinit. audi cōtra denunciantem Auguſtinum: *Maxime verò illo loco ſatis claret quòd Spiritus ſanctus non ſit creatura, vbi iubemur non ſeruire creatura,*

turæ, ſed creatori: non eo modo quo iubemur per caritatem ſeruire inuicem, quod eſt græcè Δουλεία: ſed è conuerſo modo quo tantùm Deo ſeruitur, quod eſt græcè λατρεία: unde idololatræ dicuntur qui ſimulachris eam ſeruitutem exhibent quæ debetur Deo. ſecundum hanc ſeruitutem dictum eſt, Dominum Deum tuũ adorabis & illi ſoli ſeruies, &c. Ex Cuius verbis, & illis quæ tu ex eiuſdem Auguſtini libro 10. de ciuitate Deí attuliſti cognoſcere eſt, λατρείαν eſſe ſeruitutem quæ pertinet ad colendum Deum: Δουλείαν verò eſſe ſeruitutem qua iubemur per caritatem ſeruire inuicem. Primum vbinam eſt ὑπερδουλείας mentio? Deinde cur ait λατρείαν ad Deum pertinere, Δουλείαν ad homines? nónne vt probet ſpiritum ſanctũ eſſe Deum, quia λατρεία, quæ Deo, & ſpiritui quoque ſancto attribuitur? præterea hæc ſunt interpretamenta vocum, non additamenta, nõ indigitamenta honorum qui Sanctis tribuantur. Quartò, ex Auguſtini ſententia, Δουλεία eſt ſeruitus qua iubemur per caritatem, inuicẽ ſeruire. Quid Sancti nobis & nos ſanctis ſeruimus? quomodo caritatem in ſanctos defũctos exercere poſſumus? ſancti Δουλοίne nobis ſunt, an nos ſanctis? Nos adoramus ſanctos adoratione Δουλείας, ſeruimus igitur ſanctis, ſed quo ſeruitutis & caritatis genere? nónne precibus? Quid ſancti, ſit nunc ita, cùm precantur Deũ pro nobis nónne nobis ſeruiunt? Δουλεία igitur nos honorant ſancti & communis honor eſt Δουλείας tam ſanctorum erga nos quàm noſtri erga ſanctos: quod abſurdiſſimum eſt: ſancti

Deo, δουλείαν ſanctis, ὑπερδουλείαν beatæ Mariæ deberi, ſed quidquid adorationis eſt totũ Deo debetur, vt ex Tertulliani locis iam citatis docui. Reſpondet Porſanus, non tangere Tertullianum venerationem ſanctorum, ſed ſuperſtitionem Gentilium, qui τοῖς τυχοῦσι diuinitatem addebant. Ridiculi hominis ridiculum reſpõſum! Nam quemadmodum Papiſtæ implorant opem Sanctorum, neque tamen ſanctos Deos eſſe putant, ſed vnum Deum eſſe reputant: ſic Ethnici, Saturni, Iunonis, opem implorabãt, etiamſi ex tot diis vnum Deum tantùm ſummarent. Saturnis, Iunonibus, & Citheræis expulſis, beatæ Mariæ, Angelis, Sanctis locus datus eſt. Vnum autem & ſolum eſſe Deum credidiſſe Ethnicos vel ex vno Prudentio ſatis patet:

Ecquis in idolio recubans, inter ſacra mille
Ridiculóſque Deos venerans ſale, ceſpite, ture,
Non putat eſſe Deum ſummum & ſuper omnia ſolum?
Quamuis Saturnis, Iunonibus, & Cytherais
Portentiſque aliis fumantes conſecret aras?
Attamen in cœlum quoties ſuſpexit, in vno
Conſtituit ius omne Deo, cui ſeruiat ingens
Virtutum ratio varijs inſtructa Miniſtris.
Quæ gens tam ſtolida eſt animis? tam barbara linguis?
Quæue ſuperſtitio tam ſordida? quæ caniformem
Latrantemque, throno cœli præponat Anubim?

Nemo Cloacinæ, aut Tiphonæ, ſuper aſtra
Deabus
Dat ſolium, quamuis ſolidam perſoluat acerram
Sacrilegiſque molam manibus rimetur & exta.
Conſule barbati deliramenta Platonis,
Conſule & Hircoſos Cynicos, quos ſomniat &
quos
Texit Ariſtoteles torta vertigine neruos,
Hos omnes quãuis anceps Labyrinthus & error
Circumflexus agat, quamuis promittere & ipſi
Gallinam ſoleant, aut Gallum, Clinicus vt ſe
Dignetur præſtare Deus morientibus æquum,
Cum ventum tamen ad normã rationis & artis,
Turbidulos ſenſus & litigioſa fragoſis
Argumenta modis concludunt Numen in v-
num.

Nonne vos quoque, ô Porſane, quidquid adorationis eſt, concluditis Numen in vnum? Idololatrias veſtræ excuſationem, quam prætexere ſoletis, in veſtri gratiam Prudentij carmini intexui. Reſpondetis enim hoc modo, cùm obiicimus iniuriam Deo fieri & deteri poteſtatem Dei:

Noſtrûm
Ecquis in idolio recubans inter ſacra mille
Sanctos & Sanctas venerans ſale, ceſpite, ture,
Non putat eſſe Deum ſummum & ſuper omnia
ſolum?
Quamuis & Petris, & Paulis, & Catherinis,
Et ſanctis aliis fumantes conſecret aras:
Attamen in cœlum quoties ſuſpexit, in vno
Conſtituit ius omne Deo, cui ſeruiat ingens

Virtutum ratio, variis inſtructa miniſtris
Quæ gens tam ſtolida eſt animis? tam barbara linguis?
Quæue ſuperſtitio tam ſordida, quæ Catherinā
Peſtifugamque throno cœli præponat Aloiſam?
Nemo Magdalenæ aut Annæ ſuper aſtra Deabus
Dat ſolium, turis quamuis incendat odorem,
Sacrilegáque preces lingua commurmuret aris.
Conſule Clauigerûm deliramenta Paparum,
Conſule Scotiſtas, ſocios & conſule Ieſu,
Conſule ſcripta Patrum veterum, quos ſomniat & quos
Texit Aquino-thomas torta vertigine neruos,
Hos omnes quãuis anceps labyrinthus & error
Circumflexus agat, quamuis promittere & ipſi
Aut iter ad Petri ſoleant, ſanctíue Iacobi,
Aut ad Lauretæ, Petrus, Sanctúſue Iacobus
Et Maria, vt præſtent ſeſe morientibus æquos,
Aut vt in auxilium prono deſcendere nutu
Dignentur, magno dum res eſt veſtra periclo:
Cùm ventum tamẽ ad normam rationis & artis
Turbidulos ſenſus & litigioſa fragoſis
Argumenta modis, concludunt Numen in vnum.

Non multum abludit hæc Papiſticæ religionis imago ab illa Ethnica. Imaginem vtramque contemplari Papiſtas ſino.

Verùm, mi Porſane, vt vnde diſceſſit, eodem reuertatur oratio, tolle doctos docere, &

Quo tandem pacto deceat maioribus vti
Diſce docendus adhuc, quæ cenſet amiculus, vt ſi

Cæcus iter monſtrare velit, tamen aſpice, ſi quid
Et nos, quod cures, proprium fecíſſe loquamur,

Nam quomodo & interpretatio Patrum & traditiones à Patribus accipiendæ ſunt, Patres ipſi docent. Ac primum quidem, multa in operibus Patrum iuſto iudicio & nulla temeritate culpari poſſunt, multa improbari, imò verò ſi quid ſit quod certum non intelligatur, ſirmum tenere nemo tenetur. Hi canones ſunt à Patribus. Quid autem culpari poſſit, quid improbari, quid certum non ſit, ipſi Canones docent. *Qualibet conſuetudo quantumuis vetuſta, quantumuis vulgata, veritati omnino eſt poſtponenda, & vſus qui veritati eſt contrarius eſt abolēdus.* Vides igitur quomodo elidatur Vincentij Lyrinenſis regula, nam non ſufficit, vt Traditio ſancta eſſe comprobetur, Traditionem vniuerſam eſſe, antiquam, & communi conſenſu cōprobatam. Si enim conſuetudini vniuerſæ, antiquæ, communi conſenſu comprobatæ, Ratio & veritas refragetur, conſuetudo abolēda eſt. *Chriſtus enim dixit, Ego ſum veritas, non dixit Ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati. Nam qui contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi, aut circa fratres inuidus eſt & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus eſt, inſpiratione cuius Eccleſia eius inſtruitur:* Sed ſi conſuetudini ratio & veritas ſuffragetur, nihil oportet firmius teneri. Concludo igitur, & addo Vincentij Lyrinenſis regulæ, rationem & veritatem ſuffragari debere conſuetudini ſeu traditioni,

C. Noli meis & ſeq. diſt. 9.

C. Si cōſuetudinē & ſeq. diſt. 8.

C. qui contēp. diſt. 8.

quantumuis

quantumuis vulgatæ, quantumuis vniuerſæ, antiquæ, & communi conſenſu comprobatæ: ſecus enim conſuetudo ſeu traditio illa abolenda eſt. Ratio autem eſt veritas, veritas eſt Chriſtus, Chriſtus autem nullibi declaratur & prædicatur quàm in ſacris ſcripturis. In illis igitur quærendus Chriſtus, veritas indaganda, ratio perſcrutanda, conſuetudo inueſtiganda eſt. An melius quis habet ſuadere?

ISAACI CHEIRONI RESPONSIO CATHOLICA AD QVARTAM PORSANI ADmonitionem.

De Doctoribus Eccleſiæ.

QVarta hæc admonitio, Porſane, tua eſt, Quis neget? eſt enim

rudis indigeſtáque moles
Nec quicquam niſi pōdus iners, congeſtáque eōdem
Non bene iunctarum diſcordia ſemina rerum.

Sed ego tibi abſcindam, ſecernam, & cæco eximam aceruo quinque has partes, ex quibus tuum Chaos ſummatim conſtat. Quinque autem illæ partes ſunt, Præconium, Structura aciei, Irruptio, Triumphus, Diſſignatio.

De Præconio.

FAnaticus Præco es, Porſane, qui rei diuinæ attentis, tanquam profanis acclamas, *Hoc agite linguiſque, animiſque fauete*: Patres enim & doctores ſacra faciunt. Quis noſtrum eſt qui non hoc agat, qui non faueat? libant quidem

quidem ſemper, ſed non ſemper litant Patres: Neque ex ſententia Chriſti patribus procedũt omnia, non enim ritè, ideſt, Apoſtolicè, ſed Platonicè, ſed ethnicè litant. Nam vnde, litaniis Sanctorum & Sanctarum, litandi mos obrepſit in Eccleſiam, niſi à ritu Paganico? ſæpe cum patribus agere non poſſumus: ſæpe obnunciamus, quod ita fieri debere Patres ipſi decreuerũt. Debemur Chriſto nos, noſtráque, debemus multum patribus, literarum enim monumenta ſibi & ſuis poſuerunt, ſed variis humani erroris lapillis teſſellata, coloribus inumbrata. Multa Patres commentati ſunt, imò commenti: Sępe è porticu Salomonis in porticum Platonis migrarunt, Hinc nata illis tam multa leges errorum. Multi ſacros libros in Græcam latinámue vocem transformarũt ſub eodem ordine, eadémque conſequentia ſub qua voces propheticæ Apoſtolicæque poſitæ ſunt, vtili, magnâ, & laudandâ operâ. Multi etiam hodie, in linguam vulgarem transformarunt, & eáne propter exclames, Porſane, *ô imitatores, fucum Pecus*! Septuaginta interpretes Græciæ, libros Hebræis peculiares, Hieronymus & alij Latio, libros ſacros Græcis ad ſcriptos communicarunt: cur Galliæ aliquis non communicet libros ſacros & in Gallicam linguam non transformet κατὰ πόδας? Eccleſia Gallica quædam eſt, omnia in Eccleſia debent fieri πρὸς οἰκοδομὴν, Debet igitur λόγος εὔσημος eſſe, δύναμις τῆς φωνῆς cognita, tam τῷ προφητεύοντι, quàm τῷ ἀναπληρῶντι τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου. quo- Ad Cor. 1. c. 14.

modo enim Amen reſpondebit populus Euchariſtiæ? Nunquam in iſtum Pauli locum incidi, quin acciderit mihi indignatio iuſta ob barbaram Papiſtarum Euchariſtiam. Ritum Cœnæ dominicæ tangi à Paulo quod opinarer, gliſcebat indignatio; Nunc, quando Bezæ literatiſſimo viro & incomparabili aſſentire me ſenſi, credo tangi; & magis indignor in Sacerdotes papæ, qui ſibi ſacrificant, ſibi & pani precem admurmurant, ſibi pſallunt ſolis, populum incommunicatum & indoctum dimittunt.

Adno.ma. inc.14.Ep. 1. ad Cor.

Nihil profanius profari quiſquam potuit, quàm, Scripta Sacra profanari in linguam vulgarem traductione: Exeſte mulieres, ſutores, ſartores, olitores, exeſte, proclamat Præco, nolite contingere ſacrum. Cuius iuſſu, Porſane, id proclamas, An eius qui iuſſit, *Scrutemini Scripturas*, Leuitiſne tantum ſcrutatoribus eſſe licebat, non populo? illi Eunucho datum eſt legere, additum & intelligere. Tractare igitur cuilibet Iudæo ſacros libros licebat, quod vel ex Iuuenali perſpicuum eſt,

Satyr. 14

Romanas autem ſoliti contemnere leges,
Iudaicum ediſcunt, & ſeruant, ac metuunt ius,
Tradidit arcano quodcumque volumine Moſes:
Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti,
Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

Si licebat, cur nunc non liceat? cur vulgari cuiuſque populi lingua libri ſacri non donentur? cur quæſitum ad fontem quemque non deducas,

ducas, vt

Inde haurire queat vitæ præcepta beatæ?

Cuius iuſſu, Porſane, id Proclamas, An eius qui habet ſeptem ſpiritus Dei? qui Apoſtolos omnilingues fecit, vt omnes populos docerent propriâ populi cuiuſque linguâ? Quid plebem Apoſtoli docebant? nónne id ipſum erat quod ſcriptis Apoſtolicis mandatum & literis gręcis traditum eſt?Si id ipſum,cur non vnamquamque gentem participes ſcripta Apoſtolica, factâ interpretatione κατὰ πόδας in cuiuſque gentis linguam? Si diuerſum, doce diuerſitatem. Cuius iuſſu, Porſane, id proclamas? An eius qui ipſe multitudinem plebémque docuit illa ipſa quæ ſcripta ſunt; vulgari multitudinis illius quam docebat idiomate? ô profanã Porſanæ vocis vanitatem! Sexcentis ego te rationum vinculis comprimere poſſem, niſi hæc ſatis ſuperque eſſent, vt id exprimerem te affanias affatum populum noſtrum Nemauſenſem, non licere plebi,non fœminis ſacras ſcriptúras legere! quis hoc leget,qui te in Anticyram non releget? An fœminis lectio Scripturarum interdicta ſit Tertulliani ætate, Diſce Porſane,& agnoſce magiſtri illius verba: *Quid maritus ſuus illi, vel marito quid illa cantabit? Audiat ſane, audiat aliquid de cœna, de taberna, de gehenna! quæ Dei mentio? quæ Chriſti inuocatio? vbi fomenta fidei de ſcripturarum interlectione? vbi ſpiritus refrigerium? vbi diuina benedictio?* &c. & alibi *Poſt aquam manualem & lumina,vt quiſque de ſcripturis ſanctis vel de proprio ingenio*

lib.2.ad vxorem.

Apolog. Adu.Gentes.

poteſt, prouocatur in medium Deo canere. Edicto igitur perpetuo & Catholico cautum erat, Porſane, vt tam viri quàm fœminæ, etiam inter pocula, fomenta fidei de ſcripturarum interlectione ſibi applicarent. Vnus tu Verres inuentus es, qui Edictum perpetuum de lectione & interpretatione Scripturarum rumperes? qui nouo edicto interdiceres fœminis lectione ſcripturarum, & viris doctis interpretatione κατὰ πόδας. Sed vt ad præconium tuum redeam, quando amas præconare, (vt Irenæi & Cypriani verbo vtar) laudes patrum, præconationem tuam non moror, imò lapidem ſtatuo, ſuper quo aſtes & ſubhaſtes ſcruta patrũ: digitum qui tollat nemo noſtrum erit, ſectores enim & mancupes patrum ſumus: ſed cum hac conditione, Si ſubhaſtes ſupellectilem quæ prophetica, quæ Apoſtolica ſit: ſecus non.

De ſtructura aciei.

INgenij aciem, in conſtruenda patrum acie quantam præferas, Porſane, proferre voluiſti, & voluiſſe te video. fatêre ingenuè, fuiſtíne quondam legatus Cæſaris, an Henrici noſtri hoc tumultu Gallico, ex aciei enim ſtructura tua, id ſuſpicionis mihi animo adſtruitur, & ſine dubio fuiſti cum Cæſare in Campis Pharſalicis, vel cum Henrico in Campis Yuriacis. Neque cũ hoc neque cum illo. Cum quo igitur Porſane? Nam quicum que ille fuit, cuius tu legatus, magnus imperator & aciem ſtruendi peritiſſimus fuit. Tu enim illi Secundus, Tibi

dus, Tibi nemo Tertius. Dic tandem cum quo fuiſti, & iuxta quem imperatorem? vel ſi quæ verecundia tua eſt, nolis, annue mihi coniicienti, nam coniicio ego fuiſſe te

In Campis Gurguſtidoniis,
Vbi Bombomachides, Cluninſtaridyſarchides,
Erat imperator ſummus, Neptuni nepos.

Iuxta quem tu? Nam Patres tibi ſunt, Haſtati: Apoſtoli, principes: vbinam ſunt Triarij? duo bus ordinibus tantum acies tua inſtructa eſt. His autem ordinibus nobis inſtruitur exercitus, Haſtati nobis ſunt, patriarchæ: principes, Prophetæ, poſt quos imperator noſter, Ieſus Chriſtus: Triarij, Apoſtoli: cæteri omnes, vt patres, ſocij ſunt, quibus ſæpe contingit ordinem deſerere, & longius quàm vnde tuba Euangelica audiri poſſit excedere. Excedunt enim in purgatorium locum, in limbum: & quotquot Chriſtianorum fuerunt aut ſunt qui Chriſto nomen dederunt, ſocij pariter & adlecti ſunt ad militiam Chriſtianam, in qua non decem annos, non viginti Merêre oportet, Sed totum ætatis ſpatium ad ſcopulum vſque. At verò de re latina quam bene meritus ſit Porſanus, vos omnes qui emeriti eſtis appello, Iudicate.

Meminiſtin', Porſane, domi cum eſſes affinis cuiuſdam mei, in exedra ſedens, circúmque aſſiderent mulierculæ quædam mihi quoque affines, quæ te aculeis quibuſdam verborum admotis, remotiſque, in iram modò, modò in placamen darent, ridiculúmque facerent, &

ducereris ad illarum verba

Vt neruis alienis mobile lignum.

Meminiſtin' ſilentium meum & ſtuporem ad prædicationem illam tuarum gloriarum? videbar videre glorioſum Plauti Militem: Dicebas enim *te ſtare propter virum fortem atque fortunatum & forma regia, cum quo bellator Mars haud auſit dicere, neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas:* Quid? quod & addebas, grauem eſſe te, ſanctum, ſeuerum, incorruptum, inadulabilem, decoro veſtitu, forma veneranda. Quid? quod & iſta vſurpabas, non quidem iſtâ verborum ſpecie, etiamſi ſpecioſus tibi videbaris:

Romæ nutriri mihi contigit, atque doceri,
Iratus Graiis quantum nocuiſſet Achilles
Adiecere bonæ paulò plus artis Athenæ.

Dicebas enim te latinis & græcis literis imbutum eſſe: imò loqui te & græcè & latinè. Sed neque has, neque illas te noſſe, noui tam certò quàm habere me digitos decem, & noui quod prædico omnibus, pergræcari te, & latinè, vt Martialis formulâ vtar, loqui.

De verbo Merêre explicato à Porſano c. 4. pag. 47. Reſponſione ad Saluayum verbi Miniſtrum: & cur Patres tam frequenter hoc vocabulo vſi ſunt.

Merêre, vocabulum tibi eſt militare, cur militare potius, Porſane, tibi eſt, tibi inquam quàm Meretricium? Nam Heliogabala meretriciũ eſſe vult. Vt vt ſit, vim vocabuli huius

li huius nunquam meruiſti intelligere. Si merêre vocabulum militare eſt, à quo meritum deducatur, iſti vocabulo militari latino reſpõdétne ἀξία vel κατ' ἔργα: ô doctum hominem vtriuſque linguæ! Gloſſæ veteres μισθὸν στρατιωτικὸν verterent: & à metaphora militari aberrantes, vertunt meritum Εὐεργεσίαν: Merere aliquando eſt καταξιωθῆναι, aliquando verò, quod tu ignoras, στρατεύεσθαι & ſtipendia facere. Merere, vt Nonius docet, militare eſt, & qui meret, militat, vt aliquando emeritus ſit: emeritus autem poſt decem vel viginti annos. Equidem ſcio te talium neque curioſum eſſe neque intelligentem. Patribus autem tam frequẽs vſus fuit verbi merere, quia patribus vita Chriſtiana quaſi militia quædam fuit, imò & Paulo, οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ, & aliis locis, vbi & στρατευόμενος non incommodè verti poſſet, Merens. Sacramenti etiam formulam tangit Paulus: Iuramento enim adigebantur milites ſe obtemperaturos & facturos quidquid mandaretur ab imperatoribus κατὰ δύναμιν. Tale fuit olim Militiæ Chriſtianæ Sacramentum, imò etiam nunc vi ipſa in baptiſmate pręſtatur. Tertullianus, *Huic ſacramento militans ab hoſtibus prouocor, par ſum illis, ſi illis manus dedero, hoc defendendo depugno in acie, vulneror, concidor, occîdor: quis hunc militi ſuo exitum voluit, niſi qui tali eum ſacramento conſignauit?* Sic Paulus propoſuit Κακοπάθειαν militi Chriſtiano. Lactantius Paulum ſequitur: *In omni hac vita quia*

Ad Timo. 2.c.2.v.4.

Adu. Gnoſticos.

Ad Timo. 2.c.2.

Lib.6.Inſt. 4.

nobis aduerſarium Deus reſernauit, vt poſſemus capere virtutem, omittenda eſt præſens voluptas vt hoſtis opprimatur: Vigilandum, ſtationes agendæ militares, expeditiones obeundæ, fundendus ad vltimum cruor, omnia denique amara & grauia patienter ferenda, eo quidem promptius quo nobis imperator noſter Deus præmia pro laboribus aterna conſtituit. Iterum Tertullianus. *Maledici enim eam ſequebatur, quæ diabolo proiiciebatur, vt ſacramento benedictionis exauctoraretur, nūquam in caſtra Eccleſiæ reuerſura.* Transfertur igitur hoc verbum Merens, à militia terrena, ad Chriſtianam militiam & merere dicuntur milites Chriſtiani, qui κατὰ δύναμιν obtemperant & faciunt quod Imperator Deus iubet & nullus Chriſtianus emeritus eſt, niſi qui ad vltimum vitæ finem militauit νομίμως. Apud patres iſthocce modo accipi, vel ex Tertulliani loco ſatis ſuperque conſtat: *Nuſquam facilius proficitur quàm in caſtris rebellium, vbi ipſum eſſe illic promereri eſt,* quod papiſtæ ita eſſe dicunt, hęreticorum more, nam ipſum ęſſe in Eccleſia Romana, promereri eſſe putant. Nos verò dicimus, promerendum eſſe & militandum aduerſus Diabolum, Mundum, & concupiſcentiam carnis πίστει δι' ἀγάπην ἐνεργουμένῃ. Merere etiā apud patres eſt quod gloſſæ vertunt, dignum fieri & καταξιωθῆναι. Sed merenti, hoc eſt ei qui dignus factus eſt à Deo per fidem datur merces, οὐ κατὰ τὸ ὀφείλημα, ἀλλὰ κατὰ χάριν, λογίζεται γὰρ, vt Paulus loquitur ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην. Deinde quidquid Apoſtoli & patres loquuti ſunt de meritis,

lib. de pudicitia.

de præſcr. Adu. hær.

Ad Rom. c. 4.

de meritis, κατά τι loquuti ſunt, non ἁπλῶς: nam quis noſtrum veſtrúmue eſt qui Deum ἀνθρωπομορφεῖν audeat niſi κατά τι & ἀνθρωποπαθικῶς: ἁπλῶς enim quis poſſit dicere Deum iraſci, niſi qui Anthropomorphita & hæreticus ſit? ſic Merere dicimur, & vita æterna merces noſtra dicitur κατά τι non ἁπλῶς: nam Deus per ſe

Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira:

In Deo non eſt vlla παραλλαγὴ, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα, vt D. Iacobus loquitur. Præterea illud ipſum capite 1. Promereri in Caſtris Chriſtianorum à Deo eſt: quis enim militum Chriſtianorum eſt qui ad amuſſim exequatur mandata imperatoris? qui aberrans ab vno, ab omnibus aberraſſe ſe non confiteatur? viuere quidẽ in Caſtris Chriſtianorum omnes poſſunt, ſed non omnes mereri poſſunt, cur verò? quia omnibus Chriſtianis in caſtris Chriſtianorum,

Viuere commune eſt, non eſt commune mereri.

De τῷ, Citra, Danei, quod eſt Pag. 112. Reſponſ. ad Falguerolum.

CIs Tiberim redeundum eſt, de Cœlo enim Criticorum auſpicari tibi ius non erat, qui magiſtratus non es, Magiſtelle, Porſane, vide qua aui exauſpicari licuerit tibi τὸ *Citra*, Danæi. Cis enim poſitum pro vltra Nonius docet, & citra quod eſt, id extra eſt, ait Agellius. Sic loquitur Danæus, Atqui omne illud fit abſque fide, quod citra Dei verbum ad Noct.Att c.13.lib.11 placãdum Deum introducitur ab hominibus,

ais, Porſane, dicendum eſſe vltra, non citra, ſed quo accipit ſignificatu Tertullianus his locis, eodem & Danæus. *Tamen doceant, ex eo quod allegant Petrum à Paulo reprehenſum, aliam Euangelij formam à Paulo ſuperinductam, citra eam quam præmiſerat Petrus & cæteri.* Iterum, *Et ſi Angelus de Cœlo aliter euangelizauerit citra quàm nos, anathema ſit:* Idem Tertullianus, *Ne in vacuum tot annis cucurriſſet aut curreret ſi quid ſcilicet citra formam illorum euangelizaret.* Hoc te manet, mi homo, vt extremis in vicis, pueros elementa doceas, legere enim tantum ſcis, intelligere tibi datum non eſt.

De præſc.

lib. 5. adu. Marcioné.

Vbinam merueris & apud quos apparet: qua enim fini ſtruis aciem & conſcribis exercitum iam conſcriptum, conſcriptos patres? Exercitui auxiliares copias & ſocios Romani imperatores nunquam adſcripſerunt, niſi vbi non eſſe ſatis virium reſiſtendo hoſti, & rem ſummo in periculo verſari viderent, quis veſtrum audeat dicere ſacram ſcripturam non eſſe αὐταρκῆ? tu audaculus ille ſis, & qui ſufficias Patres in locum ſcripturæ? Patrum ſcripta cum legimus

Heu quoties fidem
Mutatúmque Deum flemus, & aſpera
Nigris æquora ventis
Emiramur.

Patres ergo ſociorum numero habemus: Agmen Patrum ne iubeas in nos irrumpere, quidquid enim irrumpit, rumpitur, Rumpit enim obuia

obuia quæque agmina ſiue Patrum, ſiue aliorum, verbi Dei gladius, ſpiritus veritatis,

Et ratio nulla eſt, reſtandi nulla facultas.

Suauis & egregius diſſimulator es, Porſane, qui iactes Miniſtrum quemdam diſputationem ſimulaſſe. Ego veni ad te ſimul & Duceſtus, vir doctus & egregia probitate, Diximus tibi diem diſputationis vt diceres, conditiones propoſuimus,& inter cæteras de Patribus quam ipſe refers, indictionem diei arbitrio miniſtri reliquiſti, ad conditiones verò reſpondiſti, ex formulâ ſponſaliorum ſolutrice: *Veſtris conditionibus non vtor.* Interea exoritur nobis diſputatio de Eccleſia viſibili, oppono multa, de multis hoc vnum eſt quod amentaui, & quod te demẽtire fecit: Dixi enim Eccleſiam eſſe communionem ſanctorum, ſanctos electos eſſe, electos incognitos & inuiſibiles nobis: ac proinde Eccleſiam inuiſibilem & incognitam. Palámne faciam quid reſponderis, Porſane? hoc tuum eſt meritum, faciam, tuúmque reſponſum vulgo diſpaleſcet: arrectis auribus aſtate, infimi, medioxumi, maxumi. *Cõmunionem ſanctorum, ideſt, rerũm ſanctarum,* ait Porſanus. Riſum teneatis! Contenti ſumus hoc Catone,& Duceſtus ad miniſtros de conditionibus illa refert quæ à Porſano dicta: inclinant omnium animi ad diſputationem, leges& conditiones diſputationis ſcriptis mandantur, & ad te Porſane, mittuntur, non reſpuere te ſimulas, quid verò clam egeris, quid moueris, Magiſtratúſne Religioſus, an Catho-

licus Romanus interdixerit diſputatione, ipſe ſcis. Quare verò miniſter ille ſimulaſſet? metuebat ſcilicet à te, Porſane, quid ni? ſed diſſerendum erat non manus conſerendum, ſecurus igitur fuiſſet miniſter ille, nam diſſerere quî poſſis tu, cui nullibi nec ſeritur nec metitur? I ergo, Porſane, & ne in poſterum,

Verbis virtutem illude ſuperbis.

De irruptione.

IRrumpis, Porſane, in noſtros, Lutherum, Caluinum, Viretum, & Bezam inſequeris, quos vno maledicentiæ & calumniæ ictu cædis omnes: occideres, ni hebes machæra foret. Maledicta maledictis non repellam: mortem Lutheri cum morte complurium Paparum non comparabo, operæ enim pretij quid eſſet? Sed irruptio tua, Porſane, eſt vel in ſcōmata, quibus ſcatêre ſcripta noſtrorum, & hæreticorum proprium hoc eſſe ais, vel in Blaſphemias, quas Caluino & cæteris peculiares eſſe ſignificas. Quis ſignum pugnæ & irruptioni tuæ dederit, ſpiritúſne veritatis, an malus ille dæmon, imperator noſter Ieſus Chriſtus aliquando iudicabit. Signum autem Chriſti vóſne an nos ſequamur, oculis animi perſequi, & inuentum ſignum ſequi omnes oportet, qui veritatem amant.

De Scommatis.

SErmone ſæpe triſti, ſæpe iocoſo, vtuntur Lutherus, Caluinus, Viretus, cæteríque.

Quid

Quid Prophetæ? quid Chriſtus ipſe? nónne acri ſæpe vſi ſunt & ridiculo? Patres nónne & acri & ridiculo? Cur igitur ais ſcommata propria eſſe hæreticorum? Noſtri ridiculo ſæpe eludunt rem quæ vobis videtur pulchra & ſancta, Quia

Ridiculum acri
Fortius ac melius magnas plerumque ſecat res.

Sæpe etiam acri ad viam rectam vos reducunt & reflectunt: Quis non rideat Porſanum, imò grunnitum eius non increpet? cum breuibus interrogatiunculis, Caluini defuncti animam inquietat (liceat mihi cum imperatore loqui, ſentire ſi non liceat) *Dic mihi* (audite Porſanum interrogantem) *quis tibi retulit? vnde habes, Caluine, Paparum & Cardinalium fidei primum articulum eſſe, Deum non eſſe?* Tibine ita lectus Platina, Porſane, Cæterique vitæ papiſticæ ſcriptores? Papa ille qui prædicare debet prædicandum non eſſe, ipſe prædicat, nónne eſt de illis inſipientibus Dauidis qui dicunt in corde ſuo, non eſt Deus? non enim verbis tantùm ſed operibus prædicãdum eſt, vt & credendum. Pſal.14.

De Calumniis.

Fieri dictis compendium volo, non diſpendio veritatis, ſed quia oppido quam calumniaris prælicenter, Porſane: nam quis eſt, niſi qui Caluinũ inciuiliter legerit, qui hæc quæ tu narras è Caluini ſcriptis elegerit? Hayius ille eſt à quo tu amanuenſis optimus, (quando

mihi ſub manu naſcitur Laberij verbum hoc,(v ti mihi liceat) manuatus es,& cuius tu lepidus Sycophanta, furta liguris. βλασφημίαι illæ quas Caluino attribuis, ἀφημίαι ſunt quibus Patres ſi non omnibus ſaltem huic Εὐφημοῦσι. Blaſphemat Caluinus, ais, cùm dicit Deum pro agonotheta reſidere in hoc mundi Amphitheatro in quo gladiatores Chriſtiani digladiantur cũ Diabolo & improbis & à Deo etiam inuicem committuntur. Tibíne βλασφημεῖ Caluinus? qui ἀφημεῖ Paulo dicenti, ἐὰν δὲ καὶ ἀθλῇ τις, οὐ στεφανοῦται, ἐὰν μὴ νομίμως ἀθλήσῃ. Chriſtianum Athletam quis committit, nónne ille qui coronat? & ille qui coronat nónne Deus eſt! Βλασφημεῖ Caluinus? qui ἀφημεῖ Tertulliano, *Proinde vos, benedictæ, quodcumque hoc durum eſt, ad exercitationem virtutum animi & corporis deputate, Bonũ agonem ſubituræ eſtis, in quo Agonothetes Deus viuus eſt: Xyſtarches, Spiritus Sanctus, Corona æternitatis, brabium: Angelicæ ſubſtantiæ Politia in cœlis, gloria in ſecula ſeculorum: Itaque Epiſtates veſter Chriſtus Ieſus, qui vos ſpiritu vnxit & ad hoc Scamma produxit, voluit vos ante diem agonis, ad duriorem tractationem à liberiore conditione ſeponere, vt vires corroborarentur in vobis: Nẽpe enim & Athletæ ſegregantur ad ſtrictiorem diſciplinam, vt robori ædificando vacent, continentur à luxuria, à cibis lætioribus à potu iucundiore,* (Hinc Xenophagia veterum Chriſtianorum) *coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laborauerint, tanto plus de victoria ſperant.* Quid Blaſphemat cum Paulo, cum Tertul-

2.Timoth. c.2.5.

li. Ad Martyres.

Tertulliano Caluinus? viſne Deum Agonothetam eſſe Epicureorum, qui ſecurum agat æuum? Quid? clamore populi, fauore incitabantur in ludis gladiatores, Deus gladiatores ſuos non incitabit? Munus edunt Ædiles, prætores, imperatores, Deus non edet? Crede mihi, Porſane, recanta calumnias: iſta enim præiudicat omnibus. Quid librorum tractes, neſcio, ſcio te præſidis illius, literatorum verè præſidis, Agoniſtica nunquam legiſſe, potenter lege, ſi potes, plurimos Pauli locos, patrũ, Tertulliani iſtum quem citaui, non abſimilem ab illo Epiphanij tuo qui eſt pag. 77. quem Falguerolo obiicis, & Epiphanij illum tuum, intelliges: ignoras enim mi homo: quid Ἀγάνωνοθετης ſit, quid τελειότης, quid δίαιτα, quid πολίτευμα, & ignoras ad ludos adludere Epiphanium, quod ex interpretatione tua gallica colligo: colligent qui legent. Sed quid ego doceo nebulonem iſtum, res quæ cuilibet literati ſpeciem præ ſe ferenti, in promptu ſunt?

De Triumpho.

TRanſſubſtantiationem, monſtrum ferox & triumphatum, trahunt noſtri, albis veſtibus, inſcenſis Euangelij quadrigis, per ſacrũ cliuum, in capitolium Chriſti. Aſpectamus Cleopatram, i. Tranſſubſtantiationem, & Antonium, i. Papam illi emancipatum fœminæ, deſcendentes ſacra catenatos via. Aſpectamus Cuſtodes, ciniflones, paraſitos illius Cleopatræ, omnes quos catenatos trahunt noſtri,

Hoc eſt, Porſane, quod aſpectare nos iubes: Iuſtinum enim, Cyprianum, Cyrillum Ieroſolymitanum, Euſebium Emiſſenum, Hilarium, Chryſoſtomum, de Tranſſubſtãtiatione Triũphum ducentes quid nos iubes aſpectare? Titulus, & inſcriptio Triumphi, ſiue Græca ſiue latina ſit, Tranſſubſtantiationem haudquaquam præ ſe fert. Quid enim eſt μεταςοιχείωσις? quid μεταποίησις? quid natura mutari, non effigie? iſtáne tibi ſonant Tranſſubſtantiationem? ô μεταποίησιν Porcani hominis in Aſinum! Nónne μεταςοιχείωσις & μεταποίησις eſt elementorum inuicem, ignis, aeris, aquæ, terrę, ſubſtantia remanente? Tranſmutatio panis dominici nonne fieri poteſt ſine Tranſſubſtãtiatione? Quid? Chriſtiani nónne regenerantur renouellantur ſine tranſſubſtantiatione? nam, vt Cypriani verbis vtar, *non tam corporali quàm ſpirituali tranſitione Chriſtiani Chriſto vniuntur.* Naturę mutatio eſt, non ſubſtantiæ, quod à nobis antea demonſtratum eſt. Hoc vnum te tuoſque papiſtas moneo, quod de ſpecie panis & vini refers à Cyrillo Ieroſolymitano, plures eſſe ſpeciei ſignificationes: ſed vnam hanc Patribus familiarem quam è Iureconſultorum familia deprompſerunt: ſpeciem panis & vini nihil aliud ſignificare, quàm panem & vinum, ſic ſpecies Annonariæ apud nos dicuntur, ſpecies frumenti, olei, hordei, vini, quas & Ariſtoteles vocaret ἔγγαια εἴδη: nec aliud quàm frumentum, oleum, hordeum, vinum intelligitur, ſic & græcè loquitur Ariſtoteles: εἶδος ὕλης & εἶδος

lib. de Cœna dom.

Species

Lib. 1. μετ c. 3.

ἀρχῆς,

ἀρχῆς; ἀντὶ τῆς ὕλης καὶ τῆς ἀρχῆς. ſic ſub ſpecie panis Chriſtus corpus ſuum nobis dat, non ſub ſpecie peponis, cuius tu cor habes. Ne putes igitur, Porſane, ſpeciem Panis & vini eſſe effigiem panis & vini, ſed pro pane & vino conſtanter accipe. Imperatorum æuo Iureconſultis frequens erat illa loquendi formula, quam Patres ſequuti ſunt: illo enim æuo vixerunt. Ergo, ô Boni, miniſtrorum reformatum

Ite ſub imperium ſub titulúmque Papæ.

De Diſſignatione.

ALlicis nos, Porſane, ad lectionem Patrum, multa commiſeratione noſtri præmiſſa: ſed de illis verbis cauemus nobis: modeſtior enim nunc quidem eſt de verbis, præ vt dudum fuiſti. Pati enim non potes deiectos nos de veteri poſſeſſione: Doctores, conſultos iuris, aduocatos, procuratores, qui gratis docere, conſulere, adeſſe nobis, procurare rem noſtram poſſint, velint, plures eſſe ais, & conſultores nos facis, qui cõſulti ſumus iure noſtro. Diſſignas nobis primo loco *Vincentium Lyrinẽſem.* Cur Vincẽtium iſtum potius, quàm de Euangeliſtis, quàm de Apoſtolis aliquem? quàm Paulum? quid eſt quod Paulus Timotheo conſulit his verbis: *τὰς δὲ βεβήλους κενοφωνίας περιΐστασο* (vnde & Titulus contra profanas vocum nouitates ſiue vanitates, Vincentio natus, vt opinor) Nónne Regulæ traditæ à Paulo, quibus *βέβηλος κενοφωνία* ſecernatur & reiiciatur? Quid Gratianus pandectáſne Canonum fecit, iſta la-

borum præmia laturus, vnus vt Vincentius præferretur, prælegeretur? Tertullianus conſcripſit iuris diuini præſcriptiones aduerſus hæreticos, vnus vt Vincentius Lyrinenſis præſcriberetur? Quid occipis à Vincentio? Doctrinæ nos

Tempora ſi faſtóſque velis euoluere Chriſti?

O Diſſignatorem! Collocas ſecundo loco *Hieronymum* Antiquitatis Romanæ moribus, ritibus,& papiſticis ceremoniis ſcatentem: Poſtea *Origenem*, omnium pene Hæreſeωn originē: ex diſſignatione tua ſequuntur, *Ambroſius*, *Chryſoſtomus*, *Gregorius*, *Nicolaus de Lyra*, *Auguſtinus*, quorum ſcripta quaſi nobis ad eam rem datus deſcribis inani opella, ſed & furtiua, Porſane, ſcriptione, quid enim nos catalogo patriarum virtutum oneras? aut quid doctos doces libros quos iſti patres conſcripſerunt? ais id hæreticis familiare eſſe vt veteres contemnant & veterum iudicium, verùm, vt ſemel dicam, hoc tibi dictum tolle memor: à literis veterum diſſentire placet, niſi cum literis fidei conſentiant, nam nihil antiquum, niſi quod verum, nihil verum, niſi quod literis fidei cōprehenditur. Lutherus & Caluinus noui ſunt: Quid? Auguſtinus cæteríque nónne noui fuerunt? Quæro igitur cum Horatio,

Scriptor ab hinc annos centum qui decidit, inter
Perfectos veteréſque referri debet? an inter
Viles atque nouos? Excludat iurgia finis.
Eſt vetus atque probus centum qui perficit annos?

Quid?

Quid? qui deperiit minor vno menſe vel anno
Inter quos referendus erit? veteréſne poetas
An quos & præſens & poſtera reſpuet ætas?

Præſens ætas, Porſane, reſpuit Lutherum, Caluinum, Bezam, quia noui ſunt, quid? poſtera ætas referétne eoſdem inter perfectos & veteres ſcriptores poſt annos quingentos? Negabis ſine dubio: ſed cur non referet? non propter vetuſtatem temporis, nam abhinc annos quingentos deciderunt aiet ætas poſtera, cur igitur non referet, quia non eſt vetuſtas temporis ſed doctrinæ inſpicienda, & virtus eſt æſtimanda, non annis ſed annalibus propheticis & apoſtolicis. At verò pro nihilo habendũ eſt, ſi obiicias etiam patrum annalibus æſtimandã eſſe virtutem: nam patres illi noui fuerunt, annos ſi enim

——— *Caudæque pilos vt equinæ*
Paullatim vello, & demo vnum, demo etiam vnum,

Noui tandem fient patres, & tù cades
Porſane, eluſus ratione ruentis acerui.

Doctrina igitur Christiana nihil eſt antiquius, nihil vetuſtius quàm ſcriptores illi qui conſentiunt cum ſcriptis Apoſtolicis propheticiſque, etiam hodiéque ſcribentes. Antiquitas autem illa doctrinæ Chriſtianæ ſemel tradita eſt ſcriptis propheticis, Apoſtoliciſque, & adhortatur nos Iudas Apoſtolus ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθείσῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. Cur ſemel? quia vna, quia vera, quia non noua, quia non nouanda, quia non παῤῥησιάζεται (?), ſed quia ab Apoſtolis,

ſed quia ſanctis tradita eſt, vnde autem haurias id quod ſemel traditum eſt? An à ſcriptis patrum, qui non ſemel & vnum docent, ſed varia, & diuerſa, & contraria? An verò à ſcriptis Apoſtolorum, qui non varia & diuerſa, ſed ſemel & vnum docent omnes? dubio procul Regula Iudæ obtinere debet, vt id teneamus quod ſemel traditum eſt, ſemel autē traditum eſt id quod chartis Apoſtolicis propheticiſque, non quod patrum, non quod Lutheri, Caluini, Bezæ chartis mandatū eſt. Omnes autem, ſiue patres, ſiue Caluinus, tenent quod ſemel traditum eſt, ſi pro aris pugnent Apoſtolicis, ſi fidem ſemel ſanctis traditam mordicus teneant, ſi ne latum quidem pedem diſcedant, ordinémque Apoſtolicum deſerant. Ego patribus noſtros miniſtros, cōparo, Porſane, nam

Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?

Ferrerium? Quid tibi tactio fuit, Porſane, illum verbi miniſtrum, illum χρυσόστομον, illum Dei Athletā, vix qui habet cum quo committatur, adeo illi omnes impares, adeo par ille omnibus. Caue, Caue, Porſane, nam petit te, repetere quem tibi animus non erit: vim hominis vide, hoc Epigrammate extemporaneo quaſi ſpeculo, videte, papiſtæ,

FerrerI ingenium eſt rapido feruentius amni:
Credite, & humani eſt ingenij ingenium.

Adeſte, Fratres Aruales: Porſanus arui logici terminos mouit, nouos ſtatuit: propoſitiones facit ἀδιοείσους. Tertia figura illi placet, modum nullum illius figuræ approbat, in rem præſentem veni-

tem venite, iudicate, ait enim,

Iuſtus liber eſt à morte æterna.
Iuſtus non eſt ſine aliquo peccato.
Ergo aliquod peccatum liberū eſt à morte æterna:
Illud autem eſt peccatum veniale.

Poſtulo, fratres Aruales, iſti vt noui, Porcani hominis, termini exterminentur, & vt iterum logico Porſanus includatur ludo. Terminali agri logici Deo ſacrufices quantum velis, litabis nunquam: nunquam propitium tibi reddes illum, Porſane. Bonitatem & miſericordiā Dei cognoſcimus, colimus, ſentimus, & quod ſentimus otioſum verbum mereri mortem æternam, à D. Iacobo eſt, nam εἴ τις ἐν λόγῳ οὐ πταίει, οὗτος τέλειος ἀνὴρ, δυνατὸς χαλιναγωγῆσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, quid mereatur ille, Porſane, qui imperfectus eſt, qui non poſſit fræno moderari totum corpus, tu ipſe puta. Eidem Iacobo lingua eſt ἀκατάσχετον κακὸν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. Vt compendio dicam, omne peccatum linguæ adſcribit D. Iacobus, ſicut Tertullianus impatientiæ. Idem Iacobus ait, ὅστις γὰρ ὅλον τὸν νόμον τηρήσει, πταίσει δὲ ἐν ἑνὶ, γέγονε πάντων ἔνοχος, ſed oppones, Porſane, verſ.2. capite 3.

Nec vincet ratio hoc tantumdē vt peccet, idēque
Qui teneros caules alieni fregerit horti
Et qui nocturnus Diuūm ſacra legerit: Adſit
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,
Ne ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.

Hoc verū eſt παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, & peccata ipſa in ſe ſi conſiderētur: nō eſt autem verum παρὰ τῷ θεῷ. Nam ſi originem peccati conſideres, peccati merces mors eſt: ſi prohibitionem,

tam prohibuit Deus verbum otioſum quàm mœchiam, quàm occiſionem, & qui in vno offendit, omnium reus eſt, ſed omnium peccatorum merces, mors eſt, Ergo & verbi otioſi, qui enim offendit verbo otioſo omnium reus eſt, vnde igitur dicti iuſti parentes Ioannis Baptiſtæ? non quia non peccarent mortaliter, ſi enim in vno offendebant, omnium rei erant: ſed quia, vt Paulo reſponſum fuit, ſufficiebat illis gratia Dei. Plura non ſufficio.

ISA A-

ISAACI CHEIRONI

RESPONSIO CATHOLICA AD QVINTAM PORSANI ADmonitionem.

De Ratiocinatione naturali, qua vtendum eſt vt ſecernamus veram à falſa Religione.

Titulus tuæ iſtius quintæ admonitionis, Porſane, ψυχικὸς eſt, non πνευματικὸς, παράδοξος non ὀρθόδοξος, nam φρόνημα τῆς σαρκὸς ἔχθρα εἰς τὸν θεὸν, quomodo igitur ratio humana religionẽ veram à falſa diſcernere poteſt? fides fide diiudicatur, neceſſaria fidei, neceſſariis fidei: nam μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύειν δεῖ, ἀλλὰ δοκιμάζειν εἰ ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστίν. Homo etenim & tu imprimis, Porſane, corporis ſui

Paulus ad Rom.

Ioan. ep. 1 c. 2.

ſe iactat in aula

Æolus & clauſo ventorum carcere regnat,

& ſibi pulcher modò hac modò illa parte flat: ſed vnus ἔμφυτος λόγος eſt ὁ δυνάμενος σῶσαι τὰς ψυχὰς ἡμῶν qui ἐν πραΰτητι diiudicare omnia poteſt.

Iacob. c. 1. 21.

De Dogmatis Eccleſiæ ſtatuendis.

QVod Eccleſia edicit & credendum proponit in dubium reuocare, inque illud inquirere non debemus. In annales patrios inquirimus, Porſane: ſed vos in patris patriæ annos inquiritis. Quando dubitatur, Eccleſiáne aliquid credendum propoſuerit, tum ratione humana vtendum eſſe ais. Verùm, Porſane, Eccleſia ſponſa Chriſti potéſtne aliud edicere, quàm quod Chriſtus ſponſus dixit? ſeculari lege, lege marita, potéſtne aliquid vxor ſupra maritum? tantúmne ſibi ſpiritu ſumet vxor, vt audeat Οἰκονομεῖν, παρὰ τὸν νόμον mariti? celabítne aliquid vxorem maritus, quod diuinandum relinquat? Tantus ſponſus, tam egregius, mortem qui pro ſponſa oppetiit, ſponſámne aliquid latere voluit? Eccleſia ſponſa Chriſti habétne aliquid indeciſum? cur nõ voluntatem ſuam aperuit Chriſtus? cur nos tam diu orbos reliquit, etiam ſine Paracleto, qui nos in veritatem illam deduceret? Mariáne concepta eſſet ſine peccato, an cum peccato originali? Eccleſia igitur ſponſa Chriſti nihil ſtatuere poteſt citra legem Chriſti, nullum dogma proponere, quod non cum dogmatis Chriſti conueniat. Chriſtus autem fecit vt ea literis mandarentur quæ edi, obliterarentur quæ latere voluit. Nihil vnquam certi pronunciare oportet, niſi quod cum pronunciationibus dominicis & literis Apoſtolicis conſonet.

De qua-

De quatuor, Hereſin à religione ſecernendi rationibus Porſanicis.

De prima ratione.

SEd tua cur ſecum pugnat ſententia? prima enim admonitione ſudaſti, vt probares fidem noſtram non egere ratione humana, nũc recantare videris, & penetraſti, mi homo, huiuſmodi palæſtram, vbi tuis & Eccleſiæ Romanæ damnis deſudaſcitur: Humani ingenij

Merces profundo, pulchrior euenit

veritas. Negligénſne ſis an potius non intelligens addubito, ita negligenter, ita non intelligenter expreſſiſti verbis Gallicis definitionem fidei quæ ad Hebræos eſt: ſed credo expreſſiſti pandiculans & hians, quod enim Paulo eſt ἔλεγχος, tibi eſt ὑπόστασις. Negligentiæ, inſcitiæ tuæ Elenchum habes: habes & perfidiæ, cur etenim & hoc verborum, ἐλπιζομένων ὑπόστασις, Gallica ciuitate non donaſti? fidem tuam! Porſane, exemplar tuum habétne, fides eſt πραγμάτων ὑπόστασις οὐ βλεπομένων, vti κτ̃ πόδας & verbum verbo reddidiſti gallicè. Nónne habet, fides eſt ἐλπιζομένων ὑπόστασις, πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων? Ex qua definitione fidei hanc Regulam deformaſti: *in rebus fidei omnium rationum optima illa eſt, à ſenſu carnali quæ longius abſtat*: quàm Regulam probe deformatam comprobo, comprobabunt omnes ſi vti concepta eſt ita ſimpliciter capiatur, ſed ſi quaſi Regula lesbia ad rem quamlibet accõmodetur, tum peccabit Regula tua. Nam vt loquitur Ariſtoteles, ὅταν λέγῃ μὲν ὄνομα καθόλου,

συμβῇ ἢ ὅτι τούτοις παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς ἔχει ἢ παραλείπει ὁ νομοθέτης, καὶ ἥμαρτεν ἁπλῶς εἰπὼν ἐπανορθοῦν τὸ ἐλλειφθέν. Si enim regula tua accommodaretur ad illa omnia quæ fidei noſtræ ſunt & ſcripta ſunt, Petra, vitis, via, porta, crederentur tranſſubſtantiari in Chriſtum. At fides intelligit quomodo Petra Chriſtus, eadem fides comprehendit quomodo panis corpus Chriſti eſt, nam rationes fidei plures ſunt, quę nullum cum carne conſortium habent, quarum vnaquæque optima eſt, vnicuique & proprio ſi accommodetur ſubiecto. Nam cur fidei veſtræ fides hæc ſit, vt credatis corpus Domini eſſe ſub accidentibus panis? An quia longius fides illa abeſt à ſenſu carnali? Quid? fidei noſtræ fides nónne & longe recedit à ſenſu carnali? cur igitur fidem veſtram potius amplectar, ex qua multa pullulant abſurda, multa contradictoria, multa naturam corporis dominici diſſoluentia, quàm noſtram quæ ex hoc apta fidem ducit, quod eſt ἐλπιζομένων. i. bonorũ æternorum & vitæ æternæ ὑπόστασις, & πραγμάτων οὐ βλεπομένων i. corporis dominici ἔλεγχος? nam & ſcimus & videmus ἐν αἰνίγματι, fidei enim noſtræ fides illa eſt, vt ſit ὑπόστασις ἐλπιζομένων, non quod tu ais ὑπόστασις πραγμάτων οὐ βλεπομένων. Corpus enim Chriſti res eſt quæ nũc non videtur: ſed fides noſtra corporis dominici non eſt ὑπόστασις, niſi quatenus ſperati: ſed eſt ἔλεγχος corporis illius in cruce quondã ſuffixi: fides enim demonſtrat nobis paſſionem Chriſti, ac ſi res illa hodie gereretur. Regula igitur

gitur tua falſa eſt hac in re,& veſtra fides,Porſane,

Offendit, poſſit duci quia cœna,ſine iſtâ.

De ſecunda ratione.

ERgo in adminiſtratione rerum diuinarum, Porſane,Senatum numerare,ſententias rogare, vel pedibus ire in ſententiam alterius oportet! O Sapientiæ ſecularis ſecularem vanitatem! Quantò ſapientius, quantò diuinius conſtituit olim Iuſtinianus,*Neque ex multitudine auctorum quod melius & æquius eſt, iudicandum eſſe cùm poſſit vnius,forſan & deterioris, ſententia & multos & maiores aliqua in parte ſuperare.* Sed ſi maior pars ſequenda eſt, nónne maior illa quæ ſanior, quæ verior, quæ cum ſcripturis conſonantior? An in rebus Fidei numerare ſententias non ponderare vtilius & melius tibi videtur? Sententias examinare ad Scripturas oportet: & quod ſcriptum non eſt, etiamſi omnes ſcriptores qui ad hæc vſque noſtra tempora peruenerunt,conſcripſerint,credendum non eſt:nam,vt ait Tertullianus,*quod non eſt,non poteſt ſcriptura profiteri, & non profitendo,ſatis probat non eſſe, quia profiteretur, ſi eſſet.* Quónam igitur euaneſcant purgatorium,limbus, imagines, Tranſſubſtantiatio, quæ ingenij humani phantaſmata, ſcriptura non profitetur, quia non ſunt, profiteretur enim ſi eſſent. De rebus fidei cùm agitur,cum ſcripturis & idem ſemper dicere,& idem ſemper ſpectare debemus.

De ver. iu.enud.

Adu.Hermog.

De Tertia Ratione.

QVæ, malum! ratio hæc eſt ſecernẽdi hæreſin à vera religione? Hæreſiſne ſemper cum Schiſmate, & ſchiſma nullum ſine hæreſi! In ea Eccleſiam Romanam eſſe hæreſi, tuorum hominum quis credat, Porſant? Tertullianum audi explicantem Apoſtolum: *Porrò ſi diſſenſiones & ſchiſmata increpat, quæ ſine dubio mala ſunt, & incontinenti hæreſeis ſubiungit, quod malis adiungat malum vtique profitetur, & quidẽ maius: cum ideo credidiſſe ſe dicat de ſchiſmatibus & diſſenſionibus, quia ſciret etiam hæreſes oportere eſſe.* Omnis Schiſmaticus non eſt Hæreticus, vt Gloſſa docet poſt Hieronymum: ſed ais, Porſane, nos eſſe hæreticos ſchiſmaticos, quia nos ſeceſſimus ab Eccleſia Romana, non vos à noſtra, ſed iure nos ſeceſſiſſe, religionis reformatæ patroni dicent, iuris vbi dicetur dies. Nam ſicut Apoſtoli cauerunt teſtamento ſuo, ſicut fideicommiſerunt, ſicut adiurauerunt, ita tenemus: Vos certè exhæredauerunt ſemper & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos. Vnde autem extranei & inimici Apoſtolicis Hæretici, niſi ex diuerſitate doctrinæ, quam vnuſquiſque de ſuo arbitrio aduerſus Apoſtolos aut protulit aut recepit? Illic igitur & ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputanda eſt vbi diuerſitas inuenitur Doctrinæ: Capiſne ſonum iſtorum verborũ, vocabula iuris antiqui? Auctorem de vocabulis agnoſciſne, Porſane? ſed qui poſſis, potẽter qui nun-

de præſcr.

ca. 24. quę. 3. inter Hęreſin.

qui nunquam Tertullianum legiſti? Quis noſtrûm igitur extraneus? quis inimicus? an vos apud quos diuerſitas inuenitur doctrinæ Apoſtolicæ? An nos qui idem dicimus, idem ſpectamus cum Apoſtolis? Non igitur, Porſane, qui ab hac vel illa Eccleſia ſeparant ſe hæretici ſunt, ſed qui à fide Apoſtolica quæ omnium prima & Antiquiſſima eſt, deſciſcunt, illi & ſchiſma & hæreſin ducunt. Deſciuit Papa & Eccleſia Romana, quia ſcita Apoſtolorum non ſciuit, non tenuit conſtanter. Transfugimus autem à vobis ad Apoſtolos, verba & ſacramenta papiſtica abiurauimus, in verba & ſacramenta Apoſtolica vt coniuraremus: ab opinione papiſtica abſtinuimus, vt fidem Apoſtolicam & Catholicam teneremus: Papiſticam ſynagogam deſeruimus, Eccleſiæ Catholicæ vt couniremur: à literis erroris papalis diſſenſimus, vt cum literis fidei conſentiremus. Iudicate, quis noſtrûm extraneus & inimicus, quis ſchiſmaticus & hæreticus, An vós apud quos diuerſitas doctrinæ inuenitur & ſcripturarum & expoſitionum adulteratio deputatur: An nos qui aduerſus Apoſtolos nihil protulimus aut recepimus. Iſtam Tertulliani tibi tuiſque regulam præſcribo, *Auferte à Papiſtis quæ cum Ethnicis ſapiunt, vt de ſcripturis ſolis quæſtiones ſuas ſiſtant, & ſtare non poterũt.* lib. de Reſurr. carn. Auctorem hæreſis & ſectæ papiſticæ quæris, quæris quis primus à fide defecerit, ſed quid iſta quæris? nam & papiſticam ſectam eſſe & defeciſſe, imò & in verba alterius Papiſtas iu-

raſſe conſtat: conſtat à conlatione ſcripturarũ & à diuerſo genere armorum, quod apparet ſi quando collatis ſignis depugnamus, quid enim alieno & ſapientiæ ſecularis vtimini clypeo, ſi ab Apoſtolis armati eſtis?

De Quarta ratione.

REformationis titulus tibi arrogans & ſuperbus videtur. Eccleſia noſtra eſt Catholica, Apoſtolica, reformata, &, ſiue doctrinam, ſiue mores conſideres, ita eſt. Spoponderat Eccleſia Romana, vt quælibet ſpondet,

Bene quam munita tenere
Edita doctrina ſapientum templa Serena.

Sponſioni non ſatisfecit: ſed è contrario Templa, quæ ſarta tecta habere debebat Eccleſia Romana, ruinas agebant, ruinam minabantur: damni infecti denunciant noſtri, negligunt Romani Pontifices denunciationem, nec cauere quidem volunt. Templa ruinam ruinantia qui reficiant præſto ſunt Lutherus, Caluinus, Beza: Romanus Pontifex nouum opus nunciat, quod etiam nunc tu adnuncias, Porſane, ſed quod nouum opus adnuncias? nam ab Apoſtolis iacta dominicæ domus fundamenta, deiecta non ſunt. Super iiſdem fundamentis ſuperſtruxerunt & refecerunt quidquid ſuperſtructum refectúmue eſt. Deficientem doctrinam refecerunt Lutherus, Caluinus, Beza.

Sed, vt Neronis verbum hoc vſurpem contra Neronem, quid Môraris noſtris immorâs

moribus

moribus exponendis? Iuſſit Deus Dæmonum domos dirui: σταυροπροσκύνησις quæ magno Chriſtianorum malo frequentabatur, eiecta eſt, nobíſque cura diligens eſt, vt nemini liceat ſignum ſaluatoris Chriſti vel in ſolo vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere vel pingere: addimus, vt & nemini liceat, tollere religionis vel adorationis ergò: Relliquiarum ſanctarum venerationem vt, tolleremus relliquias ipſas ſuſtulimus, ſic corpus Moſis ſubductum eſt ne adoraretur, patres & Caluinum, Miniſtros omnes itidem, Homines eſſe, humani ab illis nihil alienum putamus. Baptiſmus & nominalia cùm celebrãtur, pro arbitrio infantem ſuſcipientis, vel Iudæi alicuius vel Ethnici nomen imponitur: imò & malumus Suſannæ, vel Sarræ vel Eſtheræ Iudæa nomina, quàm Lucretiæ, quàm Liuiæ Ethnica vocabula.

Religionis Chriſtianæ, quæ propriè, quæ vera, quæ ſola Religio eſt, nullum eſt θυσιαστήριον, nulla θυσία, nullus θύτης: θῦται quidem plures in Eccleſia Romana, ideſt, vt cum Plauto vertam, *Sacres Porci*, Porſane. Religionis autem Chriſtianæ, quæ propriè ſpiritalis, ſpiritalia ſunt ſacrificia: non enim terrenis ſacrificiis, ſed ſpiritualibus Deo litandum eſt, vt ait Tertullianus, ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν ait dominus: vnuſquiſque Chriſtianus θύτης eſt, καὶ ἐποίησεν ἡ- Adu. Iudæos.
μᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ. Denique Matth.c.9.
nos ſumus Ἱεράτευμα ἅγιον, ἀνενέγκαι πνευματικὰς Apocalyp. c.1.
θυσίας εὐπροσδέκτους τῷ θεῷ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Nec 1.Petr.2.5.

vnquam creatus eſt *θύτης* vllus, ne nominatus quidem in Euangelio: ſed omnes fuerunt vel Apoſtoli, vel Euangeliſtæ, vel diacóni, vel Epiſcopi, vel doctores, vel Prophetæ, vel præſbyteri, & hoc ita fuit conſtitutum, vt ordo aliquis conſtitueretur in Eccleſia Chriſti: ſed omnes per ſe in Eccleſia Chriſtiana ſunt Reges ſacrificuli.

Appellationes officiorum Eccleſiaſticorum non diſtinguimus cum Eccleſia Papiſtica, ſed cum Eccleſia Apoſtolica apud nos ſunt, *διάκονοι τοῦ λόγου, διάκονοι τῶν τραπέζων καὶ τῆς λογίας*: ſunt &apud nos Vigiles, ſiue vt tu vis, Epiſcopi qui vitiis arcendis præſunt, vel de iis ad Senatum Eccleſiaſticum referunt: Miniſtrorum quorundam Cauſaria miſſio eſt & ſenatu Eccleſiaſtico iuſta de cauſa & ſine capitis diminutione mouentur, quidam mouentur cum ignominia. Sed & hi & illi de Miniſtris aduocati fieri poſſunt, nam neque his neque illis aqua & igni interdicitur. Sed an à tuis partibus ſtare Paulum putas, cùm ait, *vnuſquiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat.* Eo loci Paulus non de mutatione artis, ſed de mutatione ſtatus hominum in quo inueniebantur, qui ad Euangelium vocabantur loquitur. Sine cauſa mutatio miniſterij iure nulla eſt apud nos.

Act. Apoſt c.6. & ad Coloſſ. c.1.23.

Ad Cor. 1. c.7.

De Habitu Eccleſiaſtico.

ET putáſne, Porſane, ita ſemper fuiſſe veſtitos Papas, Cardinales, patriarchas, Epiſcopos, presbyteros & Monáchorum multiplicem ordinem?

ordinem? An à ſpiritu vnitatis corpus Eccleſiaſticum papiſticum de corio ſuo ludit? cœpitne à natalitiis Eccleſiæ Chriſtianæ hic habitus Eccleſiaſticus Romanus? Excito te Pallium, defende veritatem, vltimarunt enim tempora tua & à Pallio ad togam deuenerunt Romani Pontifices, dic igitur, ô pallium, æuo tui Tertulliani, Togáne in vſu Eccleſiaſticis viris? in vſu non fuiſſe loqueris: ais enim: *At ego iam illi diuinæ ſectæ ac Diſciplinæ commercium confero*, & tuus tibi (ô pallium,) ſic Reſpondet Tertullianus: *Gaude Pallium & exalta, melior iam te philoſophia dignata eſt, ex quò Chriſtianum veſtire cœpiſti.* Quid igitur nos inceſſis, Porſane, qui etiam Palliati omnes incedere poſſumus, ſi pallium Tertulliani audiamus, ſed ſi ego à te quærerem, quo habitu Chriſtus, quo Apoſtoli docuerint? An habitu pontificali & Eccleſiaſtico Romano? non haberes, ſcio, vel hiſcere quidem: vix pallium (diſce autem & Epiſcopale pallium à Tertulliani pallio manaſſe) apud vos agnoſcitur, niſi in Epiſcopo,

Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.

De Cibis.

IMpune apud nos comeditur caro die quacūque: quia qui Κωλύουσι γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, &c. illi, προσέχουσι πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, libertatem edendi vel non edendi non ſuſtulimus, ſed prohibitionem papiſticam, quæ eſt doctrina dæmoniorum.

Eccleſia Romana nō poteſt eſſe Eccleſia Chriſtiana, quia prohibet id quod ſpiritus ſanctus prohiberi non vult. Non illa erat Xerophagia veterum Chriſtianorum, à qua veſtra hæc abſtinentia & prohibitio ciborum manauit, nam quænam hæc eſt veſtra, certis & conſtitutis diebus Xerophagia? Muſicè ætatem agitis: itáque vti vos decet, vino & victu, piſcatúque probo, electili, vitam colitis.

De Diebus feſtis.

DIem natiuitatis Domini obſeruare, colere nolumus: quia dies omnes feſti ſunt Chriſtianis, & neſcio quo Chriſtianorum malo factum ſit, vt dierum appellandorum ratio ſancta in profanam Lunæ, martis, mercurij appellationem migrarit. Chriſtianis enim veteribus appellandi ratio hæc erat, prima, ſecunda, tertia, quarta feria, & ſic ad diē vſque Domini. Dies domini cœpit dies ſolis

C. de feriis l.7. appellari, Valent. Theod. & Arcadij æuo. Imperatorum verba hæc ſunt, *& dies ſolis quos dominicos ritè dixêre maiores, qui repetito in ſeſe calculo reuoluantur, parem neceſſe eſt habere reuerentiam.* Antea igitur dies dominici non appellabantur dies ſolis. Diem dominij concelebramus, quia & celebratum Apoſtolis credimus. Cæteros autem dies feſtos reiicimus in diem Domini, quia illo tantum die feriari à labore iuſſi ſumus, quos autem dies fe-

Ad Coloſ. c.2. v.16. ſtos Paulus non recipit, cur nos reciperemus? ait enim, μὴ οὖν τὶς ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας ἢ σαββάτων, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων, τὸ δὲ σῶμα τοῦ Χριστοῦ.

De Do-

AD Irenæi, Tertulliani, Auguſtini vſque tempora doctrina Chriſti immota permanſit, ait Caluinus. Ergo credere oportet quidquid Auguſtinus, Tertullianus, Irenæus dixerunt:concludis ita, Porſane. Multa iſti dixerunt, quæ neque vos neque nos comprobamus. Multa dixerunt quæ vos probatis nos improbamus. Ex Tertulliani opuſculis poſſétne aliquis Papiſtarum exædificare Purgatorium? Tranſſubſtantiationem eruere? Imagines & ſimulachra excidere, vna crucis excepta forma? ſed cur dierum feſtorum celebrationem,peregrinationem ad S.felicis, Inuocationem S. Stephani, Tactionem Relliquiarum eiuſdem, & cætera inter doctrinas Apoſtolicas numeras? Aberrarunt à via Apoſtolorum Auguſtinus, Irenæus & cæteri, & ſæpius aberrarunt quàm oportebat: ſed fundamentum hoc eſt, Chriſtum & Chriſti officia rata fixa tenuerunt, quæ vos non ſolo tantùm adæquaſtis,ſed etiam funditus diſturbaſtis. Comparat igitur Caluinus Auguſtini tẽpora ad ſua: & quod comparatè dictum eſt, ἁπλῶς accipiendum non eſt,ſed quid hæc licia Auguſtinianæ doctrinæ intexis telæ, quæ moralis tibi exorſa eſt? O textorem! quid diuerſa colore licia intexis? Caue ne tuis liciis effictum κ, circumdet te,

De Idololatria.

LOngè vobis anteimus reformatione: vos enim non cauetis ab Idolis ſanctorum & ſanctarum, & idololatriam probatis. Nam etiam ſi daretur vobis, licere Chriſtianis, quod Tertullianus licere pernegat, vt diues aliquis artium,

Quas aut Parrhaſius protulit, aut Scopas,
Hic ſaxo liquidis, ille coloribus
Solers, nunc hominem ponere, nunc Deum,

vim illam fingendi & pingendi exerat: non ſequeretur tamen, rogandos eſſe illos homines, quorum vultus auro, vel marmore, vel coloribus ficti ſunt. Nam, vt ait ille,

Qui fingit ſacros auro vel marmore vultus,
Non facit ille Deos: qui rogat, ille facit.

Pueros innutritis doctrinis Dæmoniorum, & *virtutes ipſas inuertitis, atque*
Syncerum cupitis vas incruſtare.

Quis enim in animum induxit parricidarum illorum, Clementis & Chaſtel, vt Henricos noſtros tollerent? facinus ille perpetrauit, Hic attentauit, cur ſuſpecti habentur Ieſuitæ, non verbi Dei miniſtri? & tu, Porſane, cur non ἀνάκλησιν faciendam curas, ſi ex bona fide elogium ſcriptum non putas? citatus, quid non ſiſtis? quid requirendus adnotaris?

De Matrimonio.

CAue malum, Porſane, & compeſce in verbi miniſtros iniuſtè dicere. Vxorem ducunt lege Dei & Chriſti, nubere enim quàm

vri ma-

vri malunt. Cœlibatus votum perpetuum eſſe non poteſt, niſi dono continentiæ præditus ſit qui vouet. Ad Tempus quidem eſſe poteſt. Clericis & monachis papiſticis fibula imponitur: Deus faceret vt non diffibularent: licuit olim vbique omnibus clericis matrimonium contrahere, licuit ſemper locis quibuſdam clericis, licuiſſe matrimonium contrahere patet ex veteri, nouóque Teſtamento. Sed ſi Matrimonium ſacramentum eſt, vt Baptiſmus & Cœna Domini ſacraméta ſunt, ab illo abſtineri non poteſt, ſine periculo damnationis, vt neque ab his. Cur igitur abſtinent à ſacramento matrimonij, qui cœlibem vitã ducunt? An quia vouerunt? ſed voueríne poteſt abſtinentia à Cœna domini, à baptiſmo? non poteſt, ſacramenta igitur omnia non ſunt eiuſdem naturæ. Nomine quidem eadem ſunt, nõ virtute, non eſſentiâ. Iſto autem modo infinita erunt ſacramenta, vt antea docui: vocari enim ſacramentum quis negat? ſed matrimonium eſſe ſacramentum eo modo quo cœna domini & baptiſmus ſacramenta ſunt, ſpiritus Dei pernegat.

CENTONES DE TRANSSVBSTANTIATIONIS DIGNITATE

& de toto naturæ ordine per ipſam inuerſo quos addidimus, ne ſequentes paginæ inutiliter vacarent.

CERTA cano: non hoc quæ centum ſuſtinet vrbes,
Quamuis ſit mendax Creta, negaré poteſt.
Quid moror in paruis? animus maioribus inſtat:
Magna canam: toto pectore vulgus ades.
Ardua molimur, ſed nulla niſi ardua vincunt.
Difficilis noſtra poſcitur arte labor.
Viderit iſta Deus, qui nunc mea pectora verſat:
Neſcio quid certe mens mea maius agit.
Maius opus ſupereſt: magno nunc ore ſonāda eſt
Res mihi non priſcis cognita temporibus.
Maxima nanque pio conor diſponere verſu,
Et per ſacrificas omnia geſta manus.
In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora, & in faciem dignáque membra deo.
Hic ego centenas auſim depoſcere voces:
Dicere nil iſtis ars mea maius habet.
Sic res eſt: quid enim maius dare numina poſſunt?
Hic tibi quæratur qualibet arte fides.
Hoc opus hic labor eſt, omnes ità credere oportet,
Notior in terris fabula nulla fuit.

Hæc mihi non vani (nec erat cur fallere vellent)
Narrauere ſenes: ſomnia pondus habent.
Omnia pro veris credas, ſint ficta licebit:
Solus qui credit creditur eſſe pius.
Quid magicæ fraudes, quid enim nõ carmina poſſũt?
Adde veneficiis carminibúſque fidem.
Accipe mirandum: nouitate mouebere facti:
Nunc tibi naturæ iura nouanda canam.
Migrabunt caſus aliena in corpora rerum:
Has meus ad metas ſudet oportet equus.
Prodigioſa loquar veterum mendacia vatum,
Inque meo nullum carmine crimen erit.
Sed neque Phœbei tripodes, nec corniger Ammon
Vera magis vobis, quàm mea muſa canet.

De huius argumenti difficultate, & ſtyli ſublimitate, quam requirere videtur.

Vatibus hic mos eſt centũ ſibi poſcere voces:
Vera quidem dicam, ſed grauiora fide.
Grandi, non humili ſunt hæc memoranda cothurno,
Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.
Ferre etenim molles elegi tam vaſta triumphi
Pondera, diſparibus non potuere rotis.
Forſitan & quare mea ſint alterna requiras
Carmina, quũ hæc tragicis ſint magis apta modis.
Quo pede nunc vtar dubia eſt ſententia nobis:
Hei mihi quòd noſtro eſt paruus in ore ſonus.
Iura ſenes norunt, & quod liceátque nefáſque
Dicere. quid faciam? craſſa minerua mea eſt.
Orandum eſt, vt ſit mens ſana in corpore ſano,
Inque meis cœptis dextera cantet auis.

Mēs bona, ſi qua dea es, tua me in ſacraria dono:
Da mihi quæ faciles vix tribuêre dei.
Dicere ſæpe aliquid conanti (turpe fateri)
Verba mihi deſunt, dedidicíque loqui.
Huc ades aſpiráque mihi, dum carmine noſtro
Plaudimus, incœptis annue diua meis.
Et vos de turba facti numeróque deorum,
In noſtrum cuncti tempus adeſte Chao.
Túque pater ſancte, & mater date numen eunti,
O ſancta imperij Roma, deûmque locus:
Vnde animi caligo, & magna obliuia rerum:
Numina cultori non inimica ſuo.
Omnia Romanæ cedant miracula terræ:
Natura hîc poſuit quicquid vbique fuit.
Carmen, perfidiæ eſt quod pòſt nulla arguet ætas:
Dignus Roma locus, quo deus omnis eat.
Sic placuit fatis: quæ ne conuellere tentes,
Accipe cum vera dicta relata fide.
Quod magis vt liqueat, néve hoc ego fingere credar,
Vnum hoc pro cunctis fama loquatur opus,
Quid non ingenio voluit natura licere?
Crede mihi, nimium Martia turba ſapit.
Res memoranda nouis animalibus, atque recenti
Hiſtoria, ſed quæ vix habitura fidem eſt.
Scilicet in rebus rerum natura nouata eſt:
Non tulit hæc vnquam, nec feret vlla dies.
Omnia naturæ præpoſtera legibus ibunt,
Párſque ſuum mundi nulla tenebit iter.
Omnia iam fient, fieri quæ poſſe negantur:
Et nihil eſt de quo non ſit habenda fides.

Admonitio aduerſus Trãſſubſtantiationis portentum, ex eorum ſententia, qui Lutherani, Sacramentarij, & hæretici dicuntur à Papiſtis, quòd Euangelicam ſecuti veritatem, hæc ſacrilegia damnent & execrentur.

MEndax lingua noces, mihíque hæc cantabis in aurem,
Quæ tu monſtra refers, ignigenáſque deos?
Proh ſuperi quantum mortalia pectora cæca
Cæcæ noctis habent! quantáque nox animi eſt!
Quid faciam? verum (mentiri neſcio) dicam:
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
Pace tua fari liceat Romana meretrix,
Nanque ego non vllo vera timore tegam,
Non ſi me infeſtis diſcerpant ſidera dictis,
Condita quin veri pectoris euoluam.
Nanque ego diuino monitu, ne neſcia pecces,
Aduehor, & cœpto non leue numen adeſt.
Nil profunt ſacra hîc præciſa ſilentia linguæ:
Neſcis tu lapides, quod tacet illa, loqui?
Sera quidem pietas, natis eſt cognitus error,
Non ſine conſilio numinibúſque Dei.
Imperceptа pia mendacia fraude latebant,
Sed partem noſtri criminis error habet.
Vix equidem credar, ſed quum ſint præmia falſi
Nulla, ratam debet teſtis habere fidem.
Deſit in hac tibi parte fides, ô perfida Roma,
Tu niſi credideris poſſe perire deos,
Credite ſi quenquam fas eſt cœpiſſe deorum,
Seu poſſunt duris vermibus eſſe cibum.
Hi ſine re dij ſunt nomen, fruſtráque timentur,
Nomina ſi factis reddere vera velis.

Dices

Dices, Immenſa eſt finémque potentia cæli
Non habet, ac facile eſt omnia poſſe Deo.
Sic habet, & quicquid ſuperi voluere peractum eſt,
Nec fuit in noſtro certior orbe fides.
Dux ſuperũ hæc ſecreta iubet dare carmina dicis?
Sacrilega hac magicos contegit arte dolos.
Mendaci hac populus pietatis fallitur vmbra:
Hac ſtulta populos credulitate mones.
Sed quid ſtulta tibi, quid fingis inania monſtra,
Atque ſatos iterum terrigenáſque deos?
Hoc vbi diuino fuderunt carmine vates,
Aut qua de ſacra promitur hiſtoria?

Confutatio authoris, vice Papiſtarum, aduerſus maledicam hæreticorum linguam, quæ Miſſæ ſacrilegia & tranſſubſtantiationis portenta non admittit.

TAlibus exiguo dicis mihi murmure verbis:
Quid non audebis perfida lingua loqui?
Quid tam magna facis toto conuitia cælo?
O nimis exitio perfida nata tuo?
Huccine mortalis progreſſa audacia curæ eſt?
Nulláque mortali numina viſa putas?
Mõſtra deúmque vocas, quæ non prior ædidit ætas?
Miraris? nondum fecerat illa Deus.
O vtinam magicæ noſſes cantamina Muſæ,
Et qua ſacrarunt carmina parte deos.
Di quoque carminibus (ſi fas eſt dicere) ſiunt,
Tantáque maieſtas ore canentis eget.
Hos nunc dat cantus, magicæque potentia linguæ
Deuocat, & cælo diripit illa deos.

Ac quanuis aberit placitæ præſentia formæ,
De ſe narranti tu modò crede deo.
Quid fruſtra tumidas intendis rumpere buccas?
Si mihi nulla fides, credito carnifici.
Singula quid referam? nil hîc mortale tenemus.
Intereat qui iſtos non putat eſſe deos:
Infœlicem animam noſtróque exhalet in ore:
Aduerſa his eſto lingua piata ſacris.